


THOMÆ MORI
DIALOGI
LUCIANEI,
è Græcis
IN LATINUM SERMONEM
CONVERSI,
Adiecta
DECLAMATIONE,
Qua Luciani Tyrannicidæ
respondeatur.



Francofurti ad Mænum,,
EX OFFICINA
CHRISTIANI GEN SCHII.

Ornatissimo Doctissimoque Viro

THOMÆ RUTHALO, Regio apud Anglos Secretario , *THOMAS MORUS*

S. P. D.

SI quisquam fuit unquam, Vir Doctissime, qui Horatianum præceptum impleverit, voluptatemque cum utilitate conjunxerit, hoc ego certè *Lucianum* in primis puto præstissem. Qui & superciliosis abstinentis Philosopherum præceptis, & solutionibus Poëtarum lusibus, honestissimis simul & facetissimis fablibus, virtus ubique notat atque infectatur mortalius. Idque facit, tam scitè, tantaque cum fruge, ut quum nemo altius pungat, nemo tamen sit, qui non æquo animo illius aculeos admittat. Quod quum nunquam non egregie faciat, fecisse tamen mihi singulati quodammodo videntur in tribus his Dialogis, quos ob idipsum è tanto festivissimorum numero postissimum delegi, quos vertem, aliis tamen alios fortasse longè prælaturis. Nam ut è virginibus non eandem omnes, sed alius aliam, pro suo cuiusque animo præfett, deawatque, non quam præcipuam tuto possit asserere, sed quæ sibi videatur; ita è lepidissimis Luciani Dialogis, alias alium præoprat, mihi certè isti præcipue placuerunt, neque temere tamen (uti spero) neque foli. Nam ut à brevissimo incipiam, qui Cynicus inscribitur, quique posse videatur ipsa brevitate contemni, nisi nos Horatius admoneret, sape etiam in exiguo corpore vires esse præstantiores: ipsique minimas etiam geminas esse videremus in prelio. In ejus ergo delectu honorifico calculo mecum suffragatus est *Divus Joannes Chrysostomus*, Vir acerrimi judicii, Doctotorum fermè omnium Christianissimus, & Christianorum (ut ego certè puto) doctissimus, quem usque adeò Dialogus hic delectabat, ut bonam ejus partem in Homiliam quandam, quam in Joannis Evangelium commentatus est, inferuerit. Neque id immerito. Quid enim placere Viro gravi, vereque Christiano debuit, quam is Dialogus, in quo dum aspera, parvoque contenta Cynicorum vita defenditur, mollis atque enervata delicatorum hominum luxuria reprehenditur? Nec non eadem opera, Christianæ vitæ simplicitas, temperantia, frugalitas, denique arcta illa atque angusta via, quæ dicit ad vitam, laudatur. Jam Necromantia (nam hic secundo Dialogo titulus est) non satis auspicato vocabulo, sed materia tamen felicissima, quam falsè taxat,

vel Magorum præstigias, vel inania Poëtarum figmenta, vel incertas quavis de re Philosophorum inter se digladiationes? Supetest Philopœdes, qui non sine Socratis Ironia totus versatur (id quod titulus ipse declarat) in ridenda, coarguendaque mentiendi libidine: Dialogus nescio certè lepidiorne, an utilior. In quo non valde me movet, quod ejus animi fuille videatur, ut non satis immortalitati suæ confideret, atque in eo fuisse errore, quo Democritus, Lucretius, Plinius, plurimique itidem alii. Quid enim mea refert quid sentiat his de rebus ethnicius, que in præcipuis habentur fidei Christianæ mysteriis? Hunc certè fructum nobis afferet iste Dialogus, ut neque magicis habeamus præstigiis fidem, & superstitione careamus, quæ passim sub specie religionis obrepit, tum vitam vi agamus minus anxiam, minus videlicet expavescentes tristia quæpiam ac superstitiosa mendacia, quæ plerumque tanta cum fide atq; autoritate hartantur, ut beatissimo etiam Patri Augustino, Viro graviss, hostiis, mendaciorum acerrimo, nescio quisnam veterator persuaserit, ut fabulam illam de duobus Spurinis, altero in vitam redeunte, altero decedente, tanquam tem suo ipsius tempore gestam pto vera narraret, quam Lucianus in hoc Dialogo, mutatis tantum nominibus, tot annis antequam Augustinus nasceretur, irrigit. Quo minus mireris, si pinguioris vulgi mentes suis figmentis afficiantur, qui se tum demum rem magnam confecisse putant, Christumq; sibi devinxisse perpetuò, si commenti fuerint, aut de sancto aliquo Viro fabulam, aut de inferis tragœdiam, ad quam vetula quæpiam aut delira lacrymetur, aut pavida inhorrescat. Itaque nullam ferè Martyris, nullam virginis vitam prætermiserunt, in qua non aliquid hujusmodi mendaciorum infertur, piè scilicet: alioqui enim periculum erat, né veritas non posset sibi ipsa sufficere, nisi fulciretur mendaciis. Nec veriti sunt eam religionem contaminare figmentis, quam ipsa veritas instituit, & in nuda voluit veritate consistere, nec viderunt usque adeò nihil istiusmodi fabulas conducere, ut nihil perniciiosius officiat. Nempe (ut memoratus Pater Augustinus testatur) ubi admixtum suboleat mendacium, veritatis illicè minuitur ac labefatur.

Qatur autoritas. Unde sepe mihi suspicio suboritur, magnam hujusmodi fabularum partem, à vafris ac pessimis quibusdam nebulonibus, hereticisque confitam, quibus studium fuit, partim ex incauta, simplicium potius, quam prudentium credulitate voluptatem capere, partim fabularum fictarum commercio, fidem vetis Christianorum historiis admirare: quippe qui frequenter quædam, his quæ in sacra Scriptura continentur, tam vicina confingunt, ut facile se declarant, ad ludendo lusisse. Quamobrem quas Scriptura nobis historias divinitus inspirata commendat, eis indubitate fides habenda est. Cæteras vero ad Christi doctrinam, tanquam ad Critolai regulam, applicantes cautè & cum judicio, aut recipiamus, aut respuamus, si carere volumus & inani fiducia, & superstitione formidine. Sed quod progeditor? Epistola ferè jam librum superat: nec interim tamen verbum de tuis laudibus ullum, in quas alius fortasse totus incubuisse: quarumque circa ullam adulandi suspicionem uberrimam mihi materiam præbuissent (ut cæ-

teras virtutes tuas omittam) vel egregia doctrina tua, summaq; in rebus agendis prudenter: quam tot in diversis nationibus, in tam atduis negotiis, tam feliciter actæ legationes declarant: vel singularis fides, gravitasque, quam nisi satis perspectam exploraramque habuisset, nunquam te prudentissimus Princeps sibi à secretis esse voluisse. Sed cæterarum virtutum tuarum prædicationi unica modestia tua relataatur: quæ facit, ut quum laudanda tam libenter facias, fecisse te tamen non libenter audias. Parco igitur pudori tuo: hoc unum duntaxat abs te precatus: ut has in Græcis literis studii mei primitias æquo animo suscipias, si nasque ut qualecunque apud te sint amoris officiique in te mei monumentum, quas tibi sim ausus eo majori fiducia committere, quod etsi tam acre tibi judicium sit, ut quicquid erratum fuerit, nemo penetrantius videat: istamen est ingenii tui candor, ut nemo libentius conniveat.

Vale.

LUCIANI CYNICUS,

THOMA MORO interprete.

LUCIANVS & CYNICUS.

Quid tu tandem? Barbam quidem habes, & cōمام, tunicam non habes, in dūusque conficeris, ac sine calceis, delecta nimis vaga inhumanaque ac ferina vita: tum proprio corpore, contra quam faciunt cæteri, temper usus incommodè, nunc huc nunc illuc circuis, in arido solo cubans, adeò ut plurimum sordium tritum isthac pallium referat, alioqui nec ipsum tenui filo, vel molle, vel florulentum. **Cyn.** Neque enim indigeo: si quid est hujusmodi, ut comparetur facilimè, dominoque minimum exhibeat negoti, id inquam mihi sufficit. At tu per Deos dic mihi, putasne esse in luxu vitium? **Luc.** Imò admodum. **Cyn.** Contra in frugalitate virtutem? **Luc.** Admodum. **Cyn.** Cur igitur quum me videoas viventem frugalius quam vulgo faciunt homines, eos verò sumptuosius, me, non illos arguis? **Luc.** Quia non frugalius, per Jovem, videris mihi, sed elegantius vivere, imò vitam omnino egenam atque inopem. Nam tu nihil à mendacis differs, qui cibum mendicant in diem. **Cyn.** Vis ergo videamus (quandoquidem hoc processit oratio) quidnam in opia sit, quidque tursus copia? **Luc.** Si tibi quidem ita videtur. **Cyn.** Nunquid ergo satis id cuique est, quicquid ipsius explet necessitatem? an aliud quippiam dicis? **Luc.** Esto istud. **Cyn.** Indigentia verò quicquid cuiusquam usui deest, nec èd, quò sit necesse, pervenit? **Luc.** Scilicet. **Cyn.** Nihil igitur meis in rebus deest.

Nihil enim in his est, quod necessitatem non explet meam. **Luc.** Quo pacto illud ais? **Cyn.** Scies si consideres in quem usum eorum quodque paratum est, quorum egemus, ut domus: an non tegumenti gratia? **Luc.** Maximè. **Cyn.** Quid vestis, cuius gratia? nonne tegumenti etiam ipsa? **Luc.** Sanè. **Cyn.** At ipso per deos tegumento, cuius rei gratia indiguerimus, nonne ut melius te habeat id quod tegitur? **Luc.** Mibi quidem sic videtur. **Cyn.** Utrum igitur tibi pejus te habere hi videntur pedes? **Luc.** Nescio. **Cyn.** Atqui hoc pacto didiceris. Quodnam pedum officium est? **Luc.** Ingredi. **Cyn.** An deterius ergo ingredi pedes tibi videntur mei, quam aliorum? **Luc.** Istud verò fortasse non. **Cyn.** At non possent, seu sese melius seu deterius haberent, officium sūmum præstare? **Luc.** Fortasse. **Cyn.** Pedibus ergo nihil pejus affectus videor, quam alii? **Luc.** Non videris. **Cyn.** Quid corpus verò meum? Num deterius quam reliquorum? Nempe si deterius se haberet, esset idem imbecillius: corporis quippe virtus robur est. An meum ergo debilius? **Luc.** Non videtur. **Cyn.** Neque pedes ergo tegumento videntur egere, neque reliquum corpus: quippe si egerent, malè haberent. Egestas etenim omnino mala, ac pejus habere se facit ea quibuscunque adfuerit. At ne ali quidem deterius corpus videtur meum, quod quibuslibet cibis alitur. **Luc.** Manifestum [Kk] 2 est

est id quidem. *Cyn.* Nam nec vegetum esset robustumque, si aleretur male: mala siquidem alimenta corpus tabescant. *Luc.* Ista quidem rita se habentibus, me arguis, vitamque improbas meam, ac miseram praedicas? *Luc.* Ideo per Jovem, quod quum natura (quam tu colis) ac luperi terram in communi statuerint, ex ea multa nimirum ac bona ediderint, ut nobis omnia superessent abunde, non in necessitatem modò, verum in voluptatem quoque; tu tamen horam omnium aut maximè saltem partis expertes, nec eorum quoquā fructis, nihilo certe magis, quam feræ. Nempe aquam bibis, quam etiam bibunt feræ: comedis verò quicquid offenderis, quemadmodum canes, tum cubile nihilo melius canibus habes: quandoquidē gramen tibi sufficit, quemadmodum & illis: pallium præterea circumfers nihilo mendico decentius. Quamquam si tu his contentus rectè sapis, tum Deus profectò neutiquam rectè fecit, primum quod oves effecit lanatas, deinde vites dulcis vini feraces, ac reliquum deinde apparatum varietate mirabilem, & oleum, & mel, & reliqua omnia, ut nos eduliu quidem omnigena haberemus, potum dulcem haberemus, pecunias haberemus, mollem lectum habemus; præterea pulchras domos, ac reliqua demum omnia mirum in modū præparata. Nam & ipsa quoque artium effecta Deorum dona sunt. At vivere omnibus hujuscē bonis privatum, id fuerit profectò miserum, etiam si ab alio quopiam priveris; quemadmodum hi qui servantur in vinculis: longè verò miserius, si quis ipse sese omnibus bonis privet. Nam ea demum manifesta insania est. *Cyn.* Et rectè quidem fortasse dicis. Verum istuc dic mihi: Si quis divite quopiam alacriter atque humanè, quin prolixo quoq; exhibente convivium, tuis hospites excipiente, & multos simul & omnigenos, alios quidem imbecillos, alios autem robustos, deinde apponente multa arq; omnigenia: si quis inquam, omnia corripiat, omniaque deglutiatur, non ea tantum quæ vicina sunt, sed ea quoq; quæ procul absunt, præparata videlicet invalidis, ipse tamen valens, quum unum duntaxat ventrem habeat, nec multis ut nutriatur, indigeat, diutius tamen quam alii multi immoretur, hic vir cuiusmodi tibi videtur esse? probus ne? *Luc.* Non mihi quidem. *Cyn.* Quid verò, num temperans? *Luc.* Ne id quidem. *Cyn.* Quid verò si quis ejusdem mensæ particeps, multa illa ac varia negligat, uno quopiam ex his quæ proximè apponuntur, electo, cum satis in suam habeat necessitatem, id decenter edat, eoq; solo utatur, cætera illa ne respiciat quidem: an non hunc temperantiorem & meliorem Vitum illo putabis? *Luc.* Ego certè. *Cyn.* Utrum ergo jam intelligis, an me oportet dicere? *Luc.* Quid nam? *Cyn.* Quod Deus illi quidem pulchre convivium instruenti similis est, ut qui apposuerit multa ac varia, atque omnigena, uti essent quæ cuiq; convenient, alia quippe valentibus, alia rursus ægrotantibus, atque alia quidem ro-

bustis, alia verò in validis: non ut omnibus utamur omnes, sed ut his utantur singuli, quæ suæ cujusq; naturæ conveniunt, & ex his ipsis, quæcunque re maximè quæcumque indigere contigerit. At vos illam qui per insatiabilitatem atque incontinentiam omnia corripit, refertis, ut quæ rebus uti velitis oportibus, & undecunq; partis, non solis contenti præsentibus, existimantes propriam quidem neq; terram, neq; mare sufficere, sed importantes ab ipsis usq; terræ finibus voluntates, patriisq; rebus peregrina præferentes, sumptuosaq; frugalibus, atque ea quæ difficile comparantur his, quæ sunt comparata facilia: in summa, deniq; molestias malaq; potius eligenates, quam absque molestiis vivere. At isti quidem, ploranti ac pretiosi beatique apparatus, quibus exultatis, per magnam ad vos miseriam ærumnamq; pervenient. Aurum ipsum tam opribile, si libet, argentumque considerat domus considera sumtuosas, vestes operas considera, atque ejus generis omnia, quanto negotio emuntur, qæ laboribus, periculis, in modo sanguine ac cæde, quantoq; hominum interitum non ideo solum quod dum navigant, propter ista perent complures, ac dum querunt, parantq; gravia perferunt; sed ob id quoq; quod digladiationes multas pariunt, quodque ob ea insidiantur in vicem & amicis amici, & patentiibus liberis, & maritis conjuges. Sic opinor Eriphylem quoq; auti gratia prodidisse maritum. Atque hæc quidem omnia sunt, quæcum tamen vestes illæ variae nihilo magis quicquam queant calefacere, aurataq; illa ædificia nihilo protulit magis tegant, nec pocula illa argentea potius quicquam magis conducant, sed nec aurei illi, nec eburnei lectuli somnum suaviorem præbeant; imò videbis frequenter in eburneo lecto sumtuosisque stromatibus beatis illis somnum contingere non posse. Præterea omnigenæ illæ circa eduliu curæ, nihilo magis aliunt, quin calefaciunt potius corpora, iisdemq; morbos ingenerant. Quid autem dicere attinet, libidinis gratia quantas molestias mortales & faciunt & patiuntur? quamquam facile est isti cupiditatib; mederi, nisi quis velit indulgere deliciis. At ne hæc quidem insania corruptela quæ sufficere videatur mortalibus; sed jam rerum etiam usum pervertit, singulis rebus ad id utentes, ad quod minimè parata sunt, quemadmodum lecto si quis uti carpenti loco velit, ac tanquam currū. *Luc.* Quisnam is est? *Cyn.* Vos, inquam, qui hominibus tanquam jumentis utimini. Nam eos juberis, ut lecticas, tanquam currus, in cervicibus ferant. Ipsi verò in sublimi residetis delicati, atque illinc homines perinde tanquam asinos aurigamini, imperantes ut hac non illac eant, & qui hæc facitis maximè, iisdem maximè beati videmini. Tum hi qui piscium carnibus non tantum ut alimentiis utuntur, verum tinturas etiam quasdam ex his machinantur: eos dico, qui purpuram tingunt, nonne & hi præter naturam his utuntur, quæ à Deo præparata sunt? *Luc.* Non per Jovem, siquidem tingere etiam potest, non comedunt tantum purpuræ caro. *Cyn.* At

At non in id tamen nata est. Nam & cratere quispiam, si præternaturam detorqueat, ollæ loco posset uti, nec in id tamen paratus erat. Sed quo pacto posset quispiam universam illorum infelicitatem percorrere, quæ ranta est? At ruma quoque quod nolo ejus esse particeps, incutas. Vivo ego tamen quemadmodum modestus ille, his videlicet duntaxat, quæ mihi apponuntur, vescens, ac frugalissimis utens; variis vero illis atque omnigenis minime inhibans. Ac deinde quum paucis egeam, ac minime multis natat, ferinam tibi video ritam vivere. Atqui hactenatione tua Dii profecto in periculum veniunt, ne & ipsi sint feris etiam deteriores, quippe qui rei nullius indigent. Verum ut exactius intelligas, cuiusmodi horum utrumque sit, vel paucis videlicet egere, vel multis, considera quod plurius egerit, prius pueri quam adulti, deinde mulieres quam viri, tum egredi quam valentes: atque omnino in summa, inferiora quilibet præstantioribus plurimum indigent. Proinde Dii omnino nullius egentrei, qui vero ad deos accedunt proxime, quam minimis egerint. An Herculem putas omnium hominum præstantissimum, quippe divinum virum, Deumque recte creditum, miserum tunc fuisse, quum circuaret nudus, pelle duntaxat induitus, harum rerum nostrarum nihil desiderans? At ille miser profecto non erat, quippe qui miseriam ab aliis propulsabat, neq; rursus pauper, qui terra maioriq; dominabatur. Nempe quocunque intenderet impetum, omnes quaquam versum superabat, nec in quemquam sui temporis incidit, qui se vel æquarit unquam, vel vicerit, quoad ex humana excessit. At tu illi stromata putas calceosque defuisse, ob id mundum obambulasse tantum virum? Dicendum profecto non est. Sed continens erat ac fortis, & moderatè vivebat, non indulgere deliciis. Quid Theseus ejus discipulus? An non rex erat Atheniensium omnium, ac filius etiam, ut ferunt, Neptuni, sua certè tempestate fortissimus? At tamen ille quoque voluit sine calceis esse, ac nudus ingredi, barbamque & comam nutritre placuit ei; nec ei tamen solum, sed omnibus etiam veteribus placuit, nempe meliores etant quam vos: atque adeo ne sustinuisset quidem eorum quisquam aliquid hujymodi, nihil profecto magis quam leo quispiam sele tonderi. Siquidem carnis molilitiem ac lævotem decere mulieres existimabat, ipsi vero sicuti erant, ita videti quoque viri volebant: ac barbam quidem cultum viri ducebant, quemadmodum in equis jubam, in leonibus barbam, quibus Deus splendoris quandam atque ornamenti venustatem dedit, sic & viris barbam adjunxit. Illos igitur ego æmulor, veteres, inquam, illos imitari volo: hujus vero tempestatis homines non æmulor mirabilis hujus felicitatis nomine, quam in epulis & vestib; habent, dum poliunt ac lævigant singulas corporis partes, ac ne secretiorum quidem ullain, ira ut instituit natura, dimittentes. At mihi certè pedes opto, ut nihil equinis differant, quales Chironis fuisse ferunt. Tum ut ipse stromatis non egeam, more leonum, nec cibo egeam magis exquisito, quam canes. Contingat præterea mihi, ut terra quævis mihi per se pro cubili sufficiat. Domum vero ut mundum hunc existimem. Alimenta demum ut ea deligam, quæ faciliter comparati possint. Aurum vero argenteumq; ne desiderem unquam, neque ego, neq; meorum amicorum quisquam. Omnia namq; mala inter homines ex horum cupiditate nascuntur, & seditiones, & bella, & insidiae & cædes. Hæc omnia fontem habent plus habendi cupidinem. At hæc à nobis abscedat procul, ne unquam plus satis appetam, minus vero quam habeam, ferre a quo animo valeam. Nostra quidem ita se habent. Plurimum profecto à vulgi sententiis ista dissentiant. Neq; quicquam ergo mirandum est, si ab his differimus habitu, à quibus tantum differimus instruto. Sed te demitor, quoniam pacto, quum suam quandam citare do vestem tribus cultumq;, atq; adeò tibicini suum, & tragœdō suum; bono viro cultum vestemque propriam nullam existimas, sed eandem ei cum vulgo habendam censes, idque quum vulgus malam sit. Quod si bonorum cultus proprius deberet esse ullus, qui nam deceat magis quam hic meus, qui maximè luxuriosus pudendus sit, quemque illi maxime avertentur? Cultus ergo meus hujusmodi est, tqualidum esse, futurum esse, tritum pallium indui, comæ producere, ac sine calceis ingredi. Vester vero cinctorum ornatui similimus est, nec dignoscete vos quisquam ab illis possir, neque colore vestium, neque mollicie, neque tamiliarum numero, neque lacernis, neque calceis, neque capillorum cura, neq; odore. Nam & redolentis ut illi, præsertim vos qui estis felicissimi. Et quid facias, quum vir eundem cum cinctis odorem oleat? Etenim in ferendis laboribus nihil illis præstat: voluptatibus vero nihilominus quam illi superamini, eadem comeditis, eodem modo dormitis, atque inceditis, immo vero incedere non vultis, sed gestari potius, tanquam sarcinae, alii ab hominibus, alii vero à jumentis. At me pedes ipsi gestant, quoque sit opus: egoq; & frigus tolerare sufficio, & calorem pati, eaque quæ dii obtulerint, minime molestè ferre, ideo videlicet quia miser sum. Vos vero propter hanc felicitatem nulla estis fortuna cōtent, sed omnium penitus, ac præsentia ferre non potestis, absentia desideratis, hyeme quidem optantes a statu, a statu rursus hyemem, atque in calore frigus, in frigore vicissim calorem: quemadmodum ægrotantes, morosi semper & queruli, quod in illis quidem facit morbus, in vobis vero mōres. Atque hæc ita quum sint, jam nos in vitam vestram traducere æquū censem, nostramque corrumpere: quum sæpe male consulta sint quæ facitis, ipsiq; sitis in vestris ipsorum negotiis minime circumspici, nihilq; eorum iudicio ac ratione, sed consuetudine cupiditatis faciat. Quamobrem nihil profecto differtis vos ab his qui torrente fertur: illi quippe quocunq; fluxus intenderit, eo rapiuntur: & vos itidem, quocunque libidines. Ac

similiter quidem vobis cum agitur, ut cum quodam qui equum insanum ascenderat: equus vi-
rum corripiens abstulit, hic verò amplius jam
desilire equo currente non poterat. Quidam
verò quum occurrit esset ei, rogavit quoniam ten-
deret? hic respondit, quo cunque huic videtur,
equum demonstrans. Quòd si vos quisquam
roget, quòd feramini? si verum vultis dicere, di-
cetis in universum quidem: quo cunq; videatur
affectionib; sigillatum verò, interdum quo cunq;
voluptati, interdum quo cunque ambitioni, in-
terdum rursus quòd lucri studio. Quin interdum
ita, interdum metus, interdum aliud quippiam
hujusmodi vos auferre videtur. Neque enim
unum duntaxat equum vos, sed multos infili-
entes, nunc hunc, nunc illum, furiosos quidem
omnes avehimini. Auferunt ergo vos in bar-
athrum, ac prærupta. Vos tamen priusquam ca-
datis, caturos vos esse nescitis. At hoc detritum
pallium quod vos ridetis, comaque habitusque
meus tantam habet vim, ut vitam mihi quietam
præbeat, utque agam quicquid volo, verterique
cum quibus volo. Nempe ex indoctis atque in-
eruditis hominibus nemo me adire voluerit, ob
hunc habitum: at molles etiam qui sunt admone-
dum procul declinant: congreguntur verò sci-
tissimi atque modestissimi, & qui virtutem cu-
piant, hi potissimum congrediventur mecum,
horum ego consuetudine delector. Eorum ve-
rò fores qui homines vocantur, non observo,
tum coronas aureas ac purpuram pro fastu ha-
beo, atq; homines ipsos derideo. At ut cultum
hunc intelligas bonos modò viros, sed ipsos
etiam Deos decere, atque eum deinde, si libet,
irrideas, deorum statuas considera, utri vide-
antur vobis ne, an mihi similiores: neque Græ-
corum solum, sed barbarorum etiam templia
circumspicias, utrum ipsi dii, ut ego, comati
barbari; sint, an quemadmodum vos, rasi fin-
gantur, atque pingantur. Quin plurimos etiam
fine tunicis conspicias, ut me nunc esse vides.
Quo pacto igitur audeas posthac hunc habi-
tum vitio dare, quum deos etiam decere vi-
deatur?

MENIPPUS, SIVE NECRÖMANTIA LUCIANI, Thoma Moro interprete.

MENIPPUS. PHILONIDES.

SAlve atrium, domusq; vestibulum meæ: ut
ste lubens aspicio lucri redditus. Phil. Num-
nam hic Menippus est, canis ille? Non hercle
alius, nisi ego fortè ad Menippus omnes hallu-
cinor. At quid sibi vult habitus hujus insolentia?
clava, lyra, leonis exuviae? Adeundus tamen
est. Salve Menippe. Unde nobis advenisti? diu
est quod in urbe non vidimus. Menip.

Adsum reversus mortuorum è latibulis,

Foribusq; tristium tenebrarum nigris:

Manes ubi inferi manent superis procul.

Phil. O Hercules, clam nobis Menippus vita
functus est, revixitque denuo. Menip.

Non, sed me adhuc vivum recepit tartarus.

Phil. Quænam causa tibi fuit novæ hujus atque
incredibilis viæ? Menip.

Juventa me incitarit, atque audacia,

Quam pro juventa haud paululum impotenter.

Phil. Siste ô beate tragica, & ab Jambis descen-
dens sic potius simpliciter eloquere, quænam
hæc vestis, quæ causa tibi itineris inferni fuit,
quum alioqui neque jucunda, neque delecta-
bilis sit via? Menip.

Res dilecta gravis me infernas egit ad umbras,

Consulerem manes ut vatis Tiresai.

Phil. Atqui deliras, alioqui non hoc pacto ca-
neres apud amicos consarcinatis versibus. Me-
nip. Ne mireris amice: nuper enim cum Euripi-
de atque Homero versatus, nescio quo pacto versibus
sic impletus sum, ut numeri mihi in os sua sponte
confulant. Verum dic mihi, quo pacto res hu-
manæ hic se habent in terris, & quidnam in ur-
be agitur? Phil. Nihil novi. Sed quemadmo-
dum prius aëtitabant, rapiunt, pejerant, fœne-
rantur, usuras colligunt. Menip. O miseri atque
infelices: nesciunt enim, qualia de nostris re-
bus nuper apud inferos decreta sunt, qualesque
sorte jacti sunt in divites istos calculi, quos per
Cerberum nullo pacto poterunt effugere. Phil.

Quid ais? Novine aliquid apud inferos nostris
de rebus decretum est? Menip. Per Jovem, &
quidem multa, verùm prodere non licet, neque
arcana quæ sunt, revelare, ne quis forte nos a-
pud Rhadamanthum impietatis accuset. Phil.
Nequaquam Menippe per Jovem, ne amico
sermonem hunc invideas. Nam apud homi-
nem tacendi gnatum, & initiatum præterea la-
cris, edifferes. Menip. Dura profectò jubes, &
neutiquam tuta, verùm tui gratia tamen au-
dendum est. Decretum est ergo, divites istos ac
pecuniosos aurum tanquam Danaen servantes
abstrusum. Phil. Ne prius ô beate, quæ sunt de-
creta dixeris, quam ea percurras omnia quæ
abs te audire libentissimè velim: quæ videli-
cet descensus causa fuerit, quis itineris dux:
deinde ex ordine, & quæ illic videtis, & quæ
audieris omnia. Verisimile est enim te, quum
res pulchras videndi curiosus sis, eorum quæ
visu aut auditu digna videbantur nihil omnino
prætermissee. Menip. Parendum etiam in his
tibi est. Nam quid facias, urgente amico. Ac
primum sanè tibi expediā, quæ res animum
meum ad hunc descensum impulerit. Ego igi-
tur quum adhuc puer essem, audiremque Ho-
merum atque Hesiódum, seditiones ac bella
caudentes, non semideorum modò, sed ipsorum
etiam deorum, adulteria quoque, violentias,
rapinas, supplicia, patrum expulsiones, & fra-
trum & sororum nuptias: hæc me hercle omnia
bona pulchraq; putabam, & studiosè erga
ea afficiebar. Postquam verò in virilem jam
æstatem pervenirem, hic leges rursus jubentes
audio Poëtis apprimè contraria, neque videli-
cet adulteria committere, neque seditiones
movere

moveare, neque rapinas exercere. Hæc igitur hætabundus consti, incertus omnino quo me pæsto gererem. Neque enim deos unquam putavi mœchaturos, aut seditiones invicem fuisse moturos, nisi de his rebus perinde ac bonis judicassem. Neque rursus legumlatores his aduersa jussuros, nisi id conducere existimarent. Quoniam igitur in dubio eram, vi- sum est mihi Philosphos istos adire, atque his im in manus dedere, rogar eque ut me utcun- que liberet, uterentur, vitæque viam aliquam simplicem ac certam ostenderent. Hæc igitur mecum reputans ad eos venio, imprudens pro- fecto, quod me ex fumo (ut ajunt) in flam- mam conjicerem. Apud hos enim maxime diligenter obseruans suinam reperi ignoran- tiā, omniaque magis incerta, adeo ut præ his illico mihi vel idiotatum vita jam aurea vide- retur. Alius etenim soli me jussit voluptati studere, atque ad eum scopum universum vi- ta cursum dirigere, in eo ipsam sicam esse felici- tatem. Alius rursus omnino laborare, cor- pusque sibi, vigiliis, ac squalore subigete, misere semper adfectum, contumelioso obnoxium assidue, Hesiodi sedulo inculcans celebria il- la de vittute carnina, & sudorem videlicet, & acclivem in verticem montis ascensum. A- lius conterranei jubet pecunias, earumque possessionem indifferente pütare. Alius con- tra bonas ipsas etiam divitiis esse pronuntiat. De mundo vero quid dicam? de quo ideas, incorporeas substantias, atomos, & inane, ac tamē quādam pugnantium invicem nomi- num turbam in diem audiebam, & quod ab- surdorum omnium maximē fuit absurdum, de contrariis unusquisque quiun diceret, invini- cibiles admodum rationes ac persuasibiles ad- ferebat, ut nec ei qui calidum, nec ei qui fri- gidum idem prorsus esse contendenter, contra quicquam histere potuerim, atque id, quum tamen manifeste cognoscerem fieri nūquā posse, ut eadem res calida simul fri- gidaque sit. Prorsus igitur tale quiddam mihi accidebat, quale solet dormitantibus, ut interdum capite annuerem, interdum contra abnuerem. Præterea quod multo erat istis absurdius, vitam eorum diligenter obseruans, competi eam cum ipsorum verbis præceptis- que summopere pugnare. Eosenim quis per- nendam censebant pecuniā, avidissimē con- spexi colligendis divitiis inhiri, de fœnore litigantes, pro mercede docentes, omnia de- nique numerorum gratia tolerantes. Si verò qui gloriam verbis aspernabatur, omnem vita suæ rationem in gloriam referebant. Vo- luptatem rursus omnes fermè palam incese- bant, clanculum verò ad eam solam libenter confluabant. Ergo hac quoque spe frustratus magis adhuc ægræ, molesteque tuli. Aliquantulum tamen inde memet consolabar, quod una cum multis & sapientibus & celeberrimis Viris ipse insipiensque essem, atque verè adhuc ignarus oberrarem. Per vigilanti mihi tandem, atque hisce de rebus mecum cogitanti, venit in

mentem, ut Babylonem profectus Magorum aliquem ex Zoroastri Discipulis ac Successori- bus convenire. Audieram siquidem eos in- ferni portas carnisibus quibusdam ac myste- riis aperte, & quem libuerit illuc tutò deducere, ac tursus inde reducere. Optimè ergo me facturum putavi, si cum horum quopiam de descensu pacifens Titesiam Bæotium con- sulerem, ab eoque perdiscrem (quippe qui Vates fuerit & sapiens) quæ vita sit optimæ, quamque sapientissimus quisque potissimum elegit. Ac statim quidem exilens quām po- teram celerrimè Babylonem versus rectâ con- tendi. Quod quum venio, diversor apud Châl- dæorum quendam hominem certè sapientem, atque arte mirabilem, coma quidem canum, admodumque promissa barba venerabilem. Nomen autem illi fuit Mithrobarzanes. Orans igitur oblecransque vix exoravi, ut quavis mer- cede vellet, in illam me viam deduceret. At tandem homo me suscipiens, primū quidem dies novem ac viginti cum Luna simul incipi- ens abluit ad Euphratrem, mane Solem orien- tem versus perducens, ac sermonem quempiam longum muticans, quem non admodum ex- audiabam. Nam (quod in certamine præcones inepti tolent) volubile quiddam atque incer- tum proferebat, nisi quod quosdam visus est invocare demones. Post illam igitur incanta- tionem tet mihi in vultum spuens deducit rur- sus, oculos nusquam in obvium quemquam deflectens. Et cibus quidem nobis glandes e- rant, potus autem lac, atque malsum, & Cho- aspi lympha, lectus verò in herba tub dio fuit. At postquam jam præparati satishac diæta fu- mus, medio noctis silentio ad Tigridem me fluvium ducens, purgavit simul atque abstergit, facequo lustravit ac lquillam, rum plurius iti- dem aliis, & magicum simul illud cæmē sub- miturans, deinde totum me jam incantans, ac ne àspectu lacerer circumiens, reducit do- dum, ita ut erat reciprocantem: ac reliqua noctis parte navigationi nos præparavimus. Ipse igitur magican quandam vestem induit, Medorum vesti ut plurimum similem: ac me quidem his quæ vides, ornavit, clava videlicet, ac leonis exuviis, atque insuper lyra. Jussit præ- terea ut nomen si quis me roget, Menippum quidem ne dicerem, sed Herculem, Ulyssem, aut Orpheum. Phil. Quid ita ô Menippe? neq; enim causam aut habitus, aut nominis intelli- go. Men. Atqui perspicuum id quidem est, ac neutiquam arcuam. Nam his qui ante nos ad inferos olim vivi descenderant putavit si mea- similaret, fore ut facilius Æaci custodias falle- rem, atque nullo prohibente transirem, utpote notior tragicō admodum illo cultu emitus. Jam igitur dies apparuit, quum nos ad flumen ingrelli in recessum devenimus. Parata siquidem ab illo fuerant cymba, sacrificia, multa, & in id Mysterium denique quibusunque opus erat. Hæc postquam ergo quæ prompta erant, impossumus, tun nos quoque

Ingridimur tristes, lacrymisq; impletur oboris.

Atque

Atque aliquantisper quidem in fluvio seruitur: deinde in sylvam deliti sumus, ac lacum quemdam in quem Euphrates conditur. Tum hoc quoque transmisso, in regionem quandam pervenimus solam, sylvam, atq; opacam, in quam descendentes (præbat enim Mithrobarzanes) & pureum effodimus & oves jugulamus, & foveam sanguine contemperimus. At magus interim acceniam faciem tenens, haud amplius jam sumiso marmure, sed voce quam poterat maxima clamitans, dæmones simul omnes convocat. Pœnas, Erinnæ, Hecaten nocturnam, excelsamque Proserpinam, simulque polysyllabam quædam nomina barbara atque ignota comisces. Statim ergo tremere omnia, & rimas ex carmine solum ducere, ac portò Cerberi latus audiri, & jam res planè tristis ac mortalia fuit.

Umbrarum at tenuit rex imis sedibus Orcus.
Ac protinus quidem auferotum patebant pleuraque, Ieus, Pyriphlegion, ac Plutonis regia. Tum per illum descendentes hiatum, Rhadamanthum prope modum metu reperimus extinctum. Ac Cerberus primum quidem larrabat, commovitque se. At quem ego lyram celerim è cor reptam pulsasse, cartu statim sopusitus obdormit: deinde posteaquam ad lacum venimus, transtare ferè non licuit. Jam enim onustum erat navigium, & ejulatu certè plenum. Vulnerati quippe in eo navigabant omnes, hic fæmur, ille caput, alius alio quopiam membro luxatus, usqueadèò, ut mihi certè ex bello quopiam adesse videbantur. At optimus Charon quuin leonis videret exuvias, esse me ratus Herculem recepit, transq; vexit l-bens; tum exentibus quoque nobis nonstravit semitam. Sed quoniam jam eramus in tenebris, præcedit quidem Mithrobarzanes, ego autem à tergo continuus illi comes adhæreo, quoad in pratum quoddam venimus maximum, asphi delo confitum, ubi circumfusæ undiq; mortuorum stridulae nos sequuntur umbrae. Tam paulo procedentes longius, ad ipsum Minois tribunal accessimus. Erat ipse quidem in solio fortè quodam sublimis sedens. Astabant autem illi Pœnæ, Tortores, mali Genii, Furiæ. Ex altera parte plurimi quidam adduci sunt, ex ordine longa fune viæcti. Dicebantur autem adulteri, lenones, incetti, homicidae, adulatores, sycophantes, ac talis hominum turba quidvis in vita patrarium. Seorsum autem divites ac sceneratores prohibant pallidi, ventricosi ac podagrici, quorum quisq; irabe vincit etat, ferri pondere duorum talentorum imposito. Nos igitur astantes, & quæ sunt omnia conspicimus, & quæ dicuntur auscultramus. Accusant autem novi quidam atque admirabiles Rhetores. Phil. Quinam ergo hi per Jovem sunt? ac ne isthuc quidem te pigeat dicere. Men. Umbrasne unquam istas hosti, quas opposita soli reddunt corpora? Phil. Quidni? Men. Hæ nos igitur quum primū sunt. At vita sumus accusant, testantur, atque redargiunt, quicquid in vita peccavimus. Et sane quædam ex his dignæ admodum fidevidentur, ut pote nobiscum versatæ semper, nostrisq; non quam digressæ corporibus, Minos igitur curio-

se quilibet examinans, impiorum relegabat in cætum, pœnas ibi sceleribus suis dignas luiturum. In hos præcipue tamen incenditur, quos opes, dum viverent, ac dignitates inflaverant, quiq; adorati se fere expectabant, nimis brevi peritura eorum superbiat fastumque detestatus: quippe qui non meminissent mortales ipsi quum sint, se bona quoque mortalia consecutos. At nunc splendida illa exuti omnia, divitas, inquam, genus, munia, nudi ac vultu demissi steterunt, tanquam somnum quoddam humanam hanc felicitatem recogitantes, adeò ut hæc dum conspicarer nimis quam delectatus fuerim. Et si quem eorum fortè agnoveram, accessi, atq; in autem silenter admontii, qualis in vita fuerat, quantopereq; fuerat inflatus: tum quum plurimi mane fores ejus obsidentes pulsi interim exclusique à famulis illius expectabant egressum. At ipse vix tandem illis exorti, puniceus, aureus, aut versicolor, felices ac beatos se facturum salutantes putabat, si pectus dextram ve porrigens, permittet osculandam. Illi vero audientes ista molestè ferebant. At Minos quiddam etiam judicavit in gratiam. Quippe Dionysium Sicilæ tyrannum multis & atrocibus criminibus & à Dione accusatum, & gravi Stoicorum testimonio convictum, Cyrenæus Aristippus interveniens (nam illum valde suspicunt inferi, ejusque plurimum ibi valet autoritas) fermè jam Chimæra alligatum absolvit à pœna, afferens illum eruditorum nonnullos q; olim juvisse pecunia. Tum nos à tribunali discedentes, ad supplicii locum pervenimus. Ubi ò amice & multa & miseranda audire simul ac spectare licuit. Nam simul & flagrorum sonus auditur, & ejularis hominum in igne flagrantium, tum rotæ, & tormenta, & catenæ: Cerberus lacerat, & Chimæra dilaniat, crucianturq; pariter omnes, captivi, reges, præfecti, pauperes, mendici, divites, & jam scelerū omnes penitebant. Et quosdam quidem eorum, dum intueremur, agnivimus, videlicet qui nuper è vita discesserant. At hi se pudentes tum occulebant, nostroque subtrahebant aspectui, aut si nos aliquando respiciebant, id serviliter admodum abjecteque faciebant, atque hi quidem quam olim putas onerosi fastuosique in vita? At pauperibus malorum dimidium remittebatur, & quum interquevissent, denuò repetebantur ad pœnam. Sed illa quoque, quæ fabulis fertuntur aspexi, Ixionem, Sifypnum, Phrygiumque graviter affectum Tantalum, genitumq; terra Titum, Dii boni, quantumq; integrum stratus agrum occupabat. Hostandem prætereentes, in campum venimus Acherusium, ubi semi-deos, heroidasque reperiimus, atq; aliam simul mortuorum turbam in gentes tribusque dispositam, alios quidem vetulos quoddam ac marcidos, atq; (ut Homerus ait) evanidos, alios vero juveniles & integros, & hos potissimum ob illam conendi efficaciam Ægyptios. Verum dignoscere quemlibet haud proclive fuit, adeò nudatis offibus omnes erant invicem simili, nisi quod vix tandem eos diu inten-

intendentes agnoscimus. Quippe conserti confidebant obscuri atque ignobiles, nullumque servantes amplius pristinæ formæ vestigium. Cum igitur multi simul ossæ consisterent, invicem omnino similes, qui terrificum quiddam per cavos oculorum orbes transpicere, dentesque nudos ostenderent, hæsitabam certè mecum, quoniam signo Thersitem à Nireo illo formoso discernebam, aut mendicum Irum à Phæacum rege, aut Pyrrhiam coquum ab Agamemnon. Quippe quibus jam nihil veteris permanxit indicii, sed ossa fuerunt inter se similia, incognibilia, nullis inscripta titulis, nullique unquam dignoscenda. Hæc igitur spectanti mihi persimilis hominum vita pompa cuiusdam longæ videbatur, cui præsit ac disponat quæque fortuna, ex his qui pompam agunt, diversos variosque cuique habitus accommodans. Alium siquidem fortuna deligens, regis ornat insignibus, & tiaram imponens, & satellites addens, & caput diademate coronans. Alium servi rursus ornatum induit, hunc formosum effigiat, hunc deformem atque deridiculum fingit: nam omnigenum, ut opinor, debet esse spectaculum. Quin habitus quorundam plerumque in media quoque pompa demutat, neque perpetuo eodem unit ordine cultuque progrederi quod prodierant. Sed ornato commutato Cræsum quidem coëgit servi captivique vestes induere; Mæandrum autem olim inter servos incedentem, Polycratis vicissim ornat tyrannide. Et aliquantis per quidem eo cultu permittit ut: verum ubi jam pompa tempus præterit, apparatum quisque restituens, & cum corpore simul exutus amittit, qualis ante fuit, efficitur, nihil à vicino differens. Quidam tamen ob initiam, quum suos fortuna cultus exigit, ægrè ferunt atque indignantur, tanquam propriis quibusdam bonis privatis, ac non potius alienis, quibus paulisper utebantur, exuti. Quin in scena quoque viduisse te plerumque puto histiones istos tragicos (ut fabula ratio poscit) modò Creontes, modò Priami fiunt, aut Agamemnones. Idemque (si fors tulerit) paulo ante tam graviter Cætopis aut Erichthei formam imitatus, paulo post servus, Poëta jubente, progreditur. At quum fabula jam finis assuerit, quisque auratas illas vestes exutus, personam deponens, & ab altis illis crepidis descendens, pauper atque humili obambulat, haud amplius Agamemnon ille Atreo prognatus, aut Cœon Menœci filius, sed Polus filius Chariclei Sunensis, aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius. Sic se mortalium res habent, quemadmodum mæhi tum spectanti videbatur. PHIL. Dic mihi, Menippus, isti qui magnificos altosque tumulos habent super terram, & columnas, imagines, titulos, nihilon sunt apud inferos plebeis quibuslibet umbris honoratores? MEN. Nugaris tu quidem; Nam si vidisses Mausolum, Carem illum dico Pyramide celebrem, sat scio, nunquam ridere desilles, ita in antrum quoddam abstrusum despectum abjectus est, in reliqua mortuorum turba delitescens. Hoc tantum commodi mihi videatur ex monumento referre, quod imposito tanto pondere, laborat magis & premitur. Nam

quum æacus, ô amice, locum cuique metitur, dat autem cui plurimum haud amplius pedem, necesse est eo jacere contentum, seleque ad loci modum contrahere. At vehementius multo risisses, opinor, si reges hosce nostros, satrapasque vidisses apud eos mendicantes, & aut saltamenta vendentes, aut primas ipsas literas urgente inopia profientes, & quemadmodum contumeliis à quovis afficiantur, atq[ue] in faciem cædantur, perinde atque vilissima mancipia. Itaque Philippum Macedonem conspicatus, continere me certè non potui: ostensus est mihi in angulo quodam detritos calceos mercede relatiens. Quin alios præterea multos erat videre mendicantes in triviis, Xerxes videlicet, Darios, ac Polycrates. PHIL. Admiranda narras ista de regibus, patneque incredibilia. Socrates autem quid facit, ac Diogenes? & si quis est sapientum alias? MEN. Socrates profectò etiam ibi obversatur, omnesque redarguit: versantur autem cum illo Palamedes, Ulysses, & Nestor, & quisquis est aliis inter defunctos garrulus. Inflantur autem illi etiamnum, atque intumescunt ex haustu veneni crura. At optimus Diogenes Sardanapalo vicinus Assyriò, Midæque Phrygio, atque aliis item pluribus ex istorum sumptuosorum numero manet, quos quum ejulantur audit, veteris fortunæ magnitudinem recogitantes, & ridet, & delectatur, ac spinus cubans, ut plurimum cantat, aspera nimis atque injucunda voce illorum ejulatus obscursans, adeo ut id ægrè ferentes, nec Diogenem ferre valentes, de mutanda sede deliberent. PHIL. De his jam satis quidem. Cæterum quodnam illud decretum est, quod initio dixeras adversus divites esse lanicum? MEN. Bene admones: ne scio enim quo pacto, quum hac de re discepe proposuisse, ab instituto sermone protul aberravi. Num igitur ibi versabar, magistratus concionem ad vocaverunt, his videlicet de rebus, quæ in commune conducerent. Conspiciens ergo multos concurrete, mē quoque cum illis simul immiscens, unus de primo eorum qui in concione aderant, efficior. Agitata sunt igitur & alia multa: postremò vero de divitibus negotium, in quos posteaquam plurima fuissent objecta, violetitia, superbia, fastus, injuria, assurgens tandem ex populo primas quidam, hujusmodi decretum legit: Quoniam, inquit, multa divites perpetuant in vita, rapientes ac vim inferentes, inopesque omnimodo despectui habentes, Curiae populoque visum est, ut quum functi vita fuerint, corpora quidem eorum poenas cum aliis sceleratorum corporibus luant: animæ vero sursum remissa in vitam, in asinos demigent, donec in tali rerum statu quinque aëc vices decem annorum millia transegerint, asini semper ex asinis tenati, onera ferentes, atque a pauperibus agitati. Dein ut licet illis è vita excedere. Hanc sententiam dixit Calvarius, patre Atridello, patria Manicensis, tribu Stygiana. Hac igitur lege recitata, approbaverunt principes, scivit plebs, adfremuit Proserpina, allatavit Cerberus: sic enim rata quæ inferi statuant autenticaque sunt. Quæ igitur in concione agebantur, erant hujusmodi. Tum ego statim, [L1] cuius

cujus gratia veneram, Tiresiam adeo atque illi re, uti erat, ordine narrata supplicavi, ut mihi dicere, quodam optimum vitæ genus putarer? Hic verò lubridens (est autem vetulus quispiam cæcus, pallidus, voce gracili) d. fili, inquit, causam tuę perplexitatis scio à sapientibus istis profectam, haudquam idem invicem iisdem de rebus sentientibus, verum haud fas est id tibi proloqui: siquidem quod Rhadamantus interdixit. Nequaquam, inquam, d. patercule, sed dic amabo, neque me contemnas, qui in vita teetiam ipso cæcior obero. Abducens ergo me, procul ab aliis auferens, ad aures mihi inclinans: Optima est, inquit, idiotarum privatorumque vita, ac prudenter. Quamobrem ab hac vanissima sublimium consideratione desistens, mitte principia semper ac fines inquirere, & vafros hosce syllogismos desprens, atque id genus omnia nugas æstimans, hoc solum in tota vita perseguere, ut præsentibus bene compositis, minimè curiosus, nulla re solicitus, quam plurimum potes hilaris vitam ridensque traducas. Hæc quum dixisset, rursus Alphodelorum in pratum sele corripuit. Ego igitur (nam & nunc vesper erat) age, inquam, d. Mithrobarzane quid cunctamur, ac non hinc rursus abimus in vitam? Ad hæc ille: confide, inquit d. Menippe, brevem quippe facilemque tibi monstrabo semitam: & me protinus abducens in regionem quandam magis priore tenebris, manu procul ostendens tuberculatum tenueque, ac velut per rimam influens lumen: illud, inquit, Trophonii templum est, atque illac ad inferos è Boëtia descenditur: hac ascendes, atque illic fueris in Græcia. Ego igitur hoc sermone gavisus, salutato Mago difficulter admodum per angustas antri fauces subrepens, nescio quo pacto in Lebadiam perveni.

• • • • •
LUCIANI PHILO-
PSEUDES, SIVE INCRE-
dulus, Thoma Moro In-
terprete.

TYCHIADES AC PHILOCLES.

Potes mihi, Philocles, dicere, quidnam id tandem sit, quod multos in mentiendi cupiditatem adducit, ut pariter gaudeant, quum & ipsi nihil sani loquuntur, & his qui talia narrant, maximè animum intendant? PHIL. Multa Tychiade sunt, quæ nonnullos mortales mentiti compellunt, quia in rem vident conducere. TYC. Nihil ad rem hæc, ut ajunt: neque enim de his rogabam, qui quum usus postulat mentiuntur: venia nimis hic, mò laude plerique eorum digni sunt, quicunque vel hostes sefellerunt, vel ad salutem tali quopiam pharmaco usi sunt in necessitatibus: cujusmodi multa Ulysses etiam fecit, ut & vitam suam & sociorum redditum redimeret: sed de illis, vir optime, elico, qui nulla necessitate mendicium ipsum veritati longè anteponunt, ipsa re videlicet delectati, atque in ea fine illa idonea occasione versati. Isti ergo scire cupio, cuius commodi gratia istud agant. PHIL.

An alicubi tales aliquos jam deprehendisti, quibus hæc insita sit mentiendi libido? TYC. Et quidem admodum multi sunt hujusmodi. PHIL. Quid aliud ergo in causa sit quod mentiuntur, nisi dementia? siquidem rem pessimam optimæ loco præoptant. TYC. Hoc nihil est, nam ego tibi multos ostenderim ad cætera prudentes, ac sapientia mirabilis: nescio tamen quo pacto captos hoc malo, mendaciisque studiosos, adeò ut ego certè molestè feram, quod vitæ tales, omnibus cæteris in rebus optimi, gaudent tamen & se, & eos in quos incidunt, fallere. Nam Veteres illi, id quod tibi notius est quam mihi, Herodotus, Cræsiasque Cnidius, atque his superiores, denique Homerus ipse, viri celebres, mendaciis etiam scriptis utebantur, ut non solum eos fallerent, & quibus tunc audiebantur, verum usque ad nos etiam mendacium per manus traditum perveniret, in pulcherrimis versibus metrisque servatum. Me ergo sèpe illorum versuum nomine subiit pudor, si quando cœli sectionem, ac Promethei vincula recenserent, gigantumque rebellionem, atque omnem illam de inferis tragœdiam. Et quo pacto ob amorem Jupiter in taurum & cygnum versus sit: & quemadmodum ex muliere quispiam in aviculam, ut amve mutatus sit. Pegasos præterea, Chimerasque, & Gorgonas, ac Cyclopas, atque id genus omnia, admodum absurdas monstrosasque fabulas, & quæ mentes afficerent puerorum queant, qui larvam adhuc lamiamque metuunt; quanquam poëtica sint fortasse tolerabilia. At urbes jam gentesque totas una voce ac publicitatem mentiri, an non hoc ridiculum? Veluti quum Cretenses sepulchrum Jovis ostendere non pudet: Athenienses Erichthonium editum è terra ferunt, primosque illos homines in Attica oletum more ex terra emerūscunt. Hi tamen multo verecundiores quam Thebani, qui ex serpentis dentibus sativos quoddam progerminasse narrant. Quod si quis hæc, quom sint ridicula, vera esse non credit, sed ea prudenter examinans, Corcubij cuiuspiam, aut Margitæ existimet esse eredere aut Triptolemum in alatis draconibus per aërem vectum esse, aut Pâna quendam ex Arcadia in Marathonem venisse auxilio, vel Orithyiam à Borea rapram esse, impius nimis hic atque insanus videatur eis: quippe qui tam manifesta veraque non credit. Usque adē obtinet mendacium. PHIL. At Poëtis, Tychiade, urbibusque fuerit fortassis ignoscendum: nam illi delectationem illam quæ ex fabula proficiuntur, ut quæ maxima sit illecebra, poematis suis immiscant, qua potissimum erga auditores opus habent. Athenienses verò Thebanique, & si qui sunt alii, patria suæ plus Majestatis ex hujusmodi figurantis conciliant: quod si quis fabulas auferat è Græcia, nihil obstiterit, quo minus earum narratores fame intereant, quando jam nemo futurus sit hospitum, qui verum vel gratis audire velit. At si qui nulla tali causa, gaudent tamen mendacio, hi omnino ridiculi meritò videantur. TYC. Rechè dicis, nam ego protinus ab Eucrate illo celebri venio, ubi multa incredibilia ac fabulosa quum audissem, imò verò medio infer-

in sermone discessi, non ferens narrationem tam supra fidem, sed me velut furia quædam abegere runt, dum monstrosa multa, atque absurdâ referret. PHIL. Atqui, Tychiade, vir gravis Eucrates est, & nemo certè crediderit illum tam promissa barba virum sexagenarium, & qui præterea sit plurimum in Philosophia versatus, sustinuisse ut alium quenquam audiret se præsente mentientem, nedum ut ipse tale quicquam audeat. TYC. At nescis amice qualia referebat: tum ea quām constanter asserebat: præterea quām sanctè in plerisque jurabat, admotis etiam filiis; aded ut ego quum eum respicerem, varia mecum cogitarem, interdum quidem illum insanire, neque animo constare, interdum verò ita cogitabam, fugisse me, quidem impostor esset, ac tantum temporis sub leonis pelle ridiculam quandam simiam circumtulisset: aded absurdâ narrabat. PHIL. Quænam illa (per Lates) sunt Tychiade? nam cupio cognoscere quamnam præstigiataram sub tam longa barba occuluerit. TYC. Solebam quidem etiam aliás, Philocles, aliquoties eum intervisere, si quando videlicet multo otio abundarem. Hodie verò quum esset mihi res cum Leonticho (est autem, ut scis, amicus mihi) edocētus à puero, eum se ad Eucratem mane contulisse, ut eum morbi inspiciendi causa viseret, amborum nomine, nempe ut & Leontichum convenientem, & Eucratem videarem, ignoraveram autem quidem ægrotaret, ad eum pervenio. At Leontichum ibi jam non itvenio: nam paulo ante ut dicebant exiverat: alios verò confertos reperio, in quibus erat & Cleodemus Peripateticus, & Dinomachus Stoicus, & Jon, nosci vitrum? illum dico, qui ex Platonica doctrina magnam sui admirationem expectat, ut qui solus mentem virti deprehenderit, quique ejus oracula aliis quoque possit enarrare. Vides quos tibi viros nominō, nimirum omni sapientia atque omni virtute præditos, utpote ipsum ex quaque secta caput, reverendos herclè omnes, atque aspectu præpmodum terribiles. Aderat præterea Medicus Antigonus, ut usui in morbo esset advocatus opinor: & melius jam habere se videbatur Eucrates, ac moribus quidam ex familiaribus erat: humor enim rursus in pedes ei delcenderat. Sedere me ergo Eucrates in lecto juxta se jussit voce languidulè remissa paululum, quum me consiperet: quanquam interim dum ingredetur, vociferantem eum, ac vocem intendentem audierat: tamen ego admodum curiosè caveris ne pedes ejus tangerem, ubi me vulgaribus istis verbis purgaveram, quod eum ægrotate nesciverim, quod ubi resculsem, curiculo venetim, adsedi propè. Et illis quidem sermo jam de morbo erat, & quædam jam ante dixerant, quædam verò etiam tunc narrabant: præterea medicamenta quædam quisque proferebat. Cleodemus igitur: Si quis ergo (inquit) sinistra manu tollens humo mustelæ dentem, sic intefectæ, ut ante dixi, in leonis pelle alligaverit, puper excoriati, ac deinde circum cruta posuerit, illicet sedatur dolor. Non in leonis pelle (inquit Dinomachus) ut ego audivi, sed in certæ potius fæmelle, virginis adhuc & nondum

initæ, & res quidem magis est hoc pacto creditibilis: velox enim cerva est, maximeque valet pedibus: & leo quidem fortis est, pinguedoque ejus, ac manus dextra, pilique qui recti è barba prominent, magnam vim obtinent, si quis utinam verit, cum proprio cuique carmine: at pedum curam minimè pollicentur. Et ipse quoque, inquit Cleodemus, olim sic putabam, cervina pelle utendum, propterea quidem cerva velox esset, at nuper vir quidam Libycus, peritus profecto in rebus hujusmodi, contra me docuit, cervis ostendens velociores esse leones: quippe qui eas, inquit, etiam persequendo capiunt. Laudabant qui aderant, tanquam recte dixisset Libycus ille. Tum ego: Putatis, inquam, incantamentis quibusdam sedari talia: aut foris admotis appendiculis, quum intus malum grassetur? Riletrunt hunc sermonem meum: & palam in me magnam damnabant amentiam, qui apertissimas res ignorarem, & quibus nemo qui sapiat, contradicat, quin sic se habeant. At Medicus certè Antigonus delectari mihi visus est hac rogatione mea. Jamdudum autem neglectui habitus fuerat, opinor, quum opem Eucrati ferre ex arte vellet, denuntians videlicet vino ut abstineret, atque oleribus vesceretur, & vigorem animo omnino minueret. Cleodemus ergo subtidens interim: Quid ais, inquit, Tychiade? incredibile tibi videtur esse, ut ex rebus hujusmodi patet, quædam adversus morbos temedia? Mihi certè videtur, inquam ego: nisi naribus aded mucosis sim, ut credam ea quæ foris applicantur, nihilque cum his quæ morbos excitant intus communicant, per verbula tamen, ut dicitis, ac præstigiataram operari: & quum appenduantur, sanitates immittere: id profecto nunquam fieri possit, nec si quis vel in Nemiei leonis pelle se decim mustelas integras insuerit. Ego profecto leonem ipsum è dolotibus sàpe claudicantem vidi in universa suipius pelle. Nimirum idiota es, inquit Dinomachus, neque unquam tibi curæ fuit, ut discetes quoniam modo res istiusmodi adversus morbos, quum adhibentur, conferunt: ac mihi videtis, ne totissima quidem ista recepturus: febrium videlicetistarum profligationes, quæ cæteta quædam ambitu recurunt, tum serpentum demulsiones, ac bubonum satanæs &c. quæcunque anus etiam jam faciunt. Quid si illa fiunt omnia, cur tamen non putabis hæc etiam similibus rebus fieri? Infinita congeris, inquit, Dinomache, clavumque, ut ajunt, clavo extrudis. Neque enim constat ea quæ commemo ras, ejusmodi vi fieri. Quamobrem nisi redditia ratione persuaseris primum natura fieri posse, ut febris tumorque vereattur aut tamen aliquod divinum, aut dictationem aliquam barbaricam, ob idquæ ex ingleme fugiat abiles adhuc fabulæ sunt, quæcunque tetulisti. Tu mihi videbis, inquit Dinomachus, quum ista dicas, ne deos quidem esse credere. Siquidem putas fieri non posse, ut per sacra nomina temedia morbis adferantur. Hoc, inquam ego, vir optime, ne dixeris: mihi enim prohibet quo minus, etiam si maximè dii sint, ista tamen sint vana. Ego ve-

rò & deos colo, & medelas eorum video, & levamenta quæ laborantibus conferunt, pharmacos videlicet atque arte medica restituente. Itaque Aesculapius ipse ejusque posteri salutaria pharmaca admoventes medebantur agroris: non leones, aut mustelas circumligantes. Mitte hunc, inquit Ion. At ego vobis infirabile quiddam narrabo. Eram adhuc adolescentulus, annos natus fermè quatuordecim, quum quidam, ad patrem meum venit nuntians ei, Midam vitis cultorem, servum etiam alii in rebus robustum atque industrium, circa plenum jam forum à viperâ mortuum jacere jam putrefacto crure. Etenim dum ligarer palmites, ac vallis circumPLICARE, adrenpentem bestiolam maximum ei pedes momordisse digitum. Tum illam quidem illico aufugisse, & se se rursus in latebram condidisse. Illum verò ejulare perditum è doloribus. Hæc ergo quum nuntiarentur, jam Midam ipsum videbamus lectica domum à conservis ad portari, inflatum totum, lividum, ac superficie tabescatum, vix jam spirantem. Pater ergo quum id molestè ferret, amicorum quispiam, qui tum fortè adebat: Bono animo es, inquit. Ego enim virum quandam Babylonum ex Chaldais, quos vocant, protinus hoc adducam, qui sanabit hominem: & ne diem narrando conteram, venit Babylonius, ac Midam restituit: effugato ex corpore veneno, quadam incantatione, & ad pedem ejus appenso virginis defunctæ lapillo, quem è columna exciderat. Atque istud quidem haecenus forsitan mediocre fuerit. Tum Midas jam ipse sublato, in quo allatus erat scabello, discelsit in agrum: tantum potuit incantatio, & columnatis ille lapis. At idem iste Babylonius alia præterea divina planè fecit. Nempe in agrum profectus mane, quum pronuntiasset sacra quedam ex vetusto codice septem nomina, sulphure ac face lustro loco, in orbem ter obambulans, serpentes omnes invitatos excivit: quicunque intra eam regionem erant. Veniebant ergo tanquam ad incantationem traxi, serpentes multi, atque aspides, & viperæ, & cerasæ, & jaculi, phrynique, ac phylali: relinquebatur autem unus draco, annos sus, prorepere (ut opinor) ob senectam non valens, qui non fuerat audiens dicto. At magus: Non adsunt omnes, inquit. Tum unum quandam ex serpentibus, eum videlicet qui natu minimus erat, selectum legatum mittebat ad draconem: ac paulo post venit etiam ille. At postquam jam collecti constituerent, Babylonius in eos insibilavit. Arque illi repente admodum omnes ab ejus statu incensi sunt, nobis interim admirantibus. Tum ego, dic mihi inquam Ion: Serpens ille legatus, juvenem illum dico, utrum manu deduxit draconem, qui jam Cutais senevit, an ille baculum gestans innitebatur? Ludis tu quidem, inquit Cleodemus. At ego, qui & ipse quoque olim minus talia credebam, quam nunc tu, putabam enim nulla ratione fieri posse, ut ea crederem, tamen quum volantem primum conspicerem, peregrinum illum barbarum (erat autem ut ferebant ex Hyperboreis) credidi, ac vietus sum: quum tamen multum diuque repugnassem: nam quid facerem quum eum cer-

nerem in æte volantem, atque id interdiu, ac super aquam ingredientem, atque per medium ignem incidentem, idque lentè ac sensim? Tunc, inquam ego, ista videbas, virum Hyperboreum volantem, aut super aquas ambularem? Et maximè inquit ille, carbatinas indutum, quo calceamenti genere illi pottissimum uruntur. Nam minutula ista quid atinet referre, quæcunque fecit, quo pacto amore immiserit, ac demones exegerit, mortuosque marcidos in vitam revocavet, atque Hecaten ipsam palani conspectibus exhibuerit. Lunamque è cœlo detraxerit? Quin ego vobis referam quæ ab eo fieri conspexi in Glaucia Alexiclis filio. Glaucias hic quum patris nuper defuncti substantiam suscepisset, Chrysidem amabat Demæneti filiam, ac me quidem præceptore in disciplina utebatur: ac nisi amor ille à studio deduxisset eum, universam Peripatheticorum doctrinam perdidisset: ut qui octo & decem quum esset anno primi, jam absolverat analyticam: tum physicam auscultationem in finem usque percurserat. Amore tamen vietus, mihi rem omnem significat. Ego verò quemadmodum par erat, quippe qui præceptor eram, Hyperboreum illum magum ad eum duco: conductum quatuor illico minis in manu datis. Oportebat enim præparari quiddam ad sacrificia: tum sedecim præterea, si Chrysidae putaretur. Ille verò crescentem observans Lunam (nam tunc ut plurimum hujusmodi sacra pereguntur) fossam quum effodisset in aperto quodam loco domus, sub dio circa medianam noctem, evocavit nobis primum quidem Anaxicem Glaucia patrem, ante septem menses vita defunctum. Successebat autem ob amorem senex, atque indignabatur: tandem tamen ei permisit, ut amaret. Postea verò Hecaten quoqua eduxit, adferentem unâ Cerberum: tum Lunam detraxit, multiforme quoddam spectaculum, & quod alias aliud apparebat. Primum quidem mulierem formam referebat: deinde in vacuam formosam vertebatur: postremò verò cœtula videbatur. Hyperboreus ille tandem, quum finxisset quandam è luto Cupidinem: Abi, inquit, atque, huc perducas Chrysidem: ac lutum quidem protinus evolabat: paulo post autem affuit illa pulsans ostium. Tum ingresa Glauciam complectitur, cum quam intansimè deperiens, & cum eo versata est, quoad gallos canentes audivimus. Tum verò Luna subvolabat in cœlum, atque Hecate subiit terram, ceteraque spectra disparuerunt: & Chrysidem tandem emisimus circa ipsum fermè diluculum. Hæc, Tychiades si conspexisses, haudquaquam amplius dubitasses, esse multa in carminibus illis commoda. Bene dicas, inquam, ego credidisse equidem, si vidissim ea: nunc verò ignoscendum mihi puto, si qualia vos videtis, acutè perspicere non possum: veruntamen Chrysidem illam quam dicas, novi, mulierem planè meretricem ac facilem: nec video sancte cuius gratia ad illam egueritis luce illo legato, magoque ex Hyperboreis usque atque ipsa insuper Luna: quippe quam virginis drachmis ducere in Hyperboreos usque potuisse.

potuisse. Mirificè enim sese offert ad hanc incantationem mulier, & contrarium quiddam spectris istis habet. Nam ea quidem æris ferrive sonum si audierint, fugiunt (nam id vos prædicatis) illa verò si argentum uspiam sonuerit, accurrit ad tinnitus. Præterea ipsum etiam magum admiror: quod cum ditissimas mulieres in amorem sui possit elicere, atque ab eis solida talenta suscipere, is tamen ob quatuor minas admodum tantilli lucelli avidus Glauciam amoris compotem fecerit. Ridiculè facis, inquit Ion, qui nihil credis. Ego te libenter ergo rogaverim quid de his respondreas, qui dæmoniacos liberant erroribus, adeò manifestè spectra illa carminibus ejicientes? Atque hæc me dicere non opus est, verum omnes neverunt, Syrus ille ex Palæstina, qui harum rerum artifex est, quām multos mortales suscipiat, qui ad Lunam concidunt, oculosque distorqueant, spumaque os oppleant: quos ramen erigit ac sanos remittit, magna accepta mercede, diri eos malis liberans. Etenim quum jacentibus instet, rogaveritque, unde sint in corpus ingressi, ægrotus quidem ipse taceat: dæmon verò respondeat (aut lingua Græca loquens, aut barbarica, aut undecunque fuerit ipse) & quomodo, & unde intravit in hominem. Ille verò adjurans eum, ac ni paruerit ministans etiam, expellit abigitque dæmonem. Quin ego quoque dæmonem quandam exeuntem vidi, nigrum certè, & colore fumidum. Non magnum erat, inquam, ego talia te Ion cernere: cui ipse etiam apparent Ideæ, quas vestræ familiæ parens ostendit Plato: sem videlicet spectatu tenuem atque evanidam, quantum ad nos homines luscios. Itane solus Ion, inquit Eucrates, istiusmodi vidit: ac non alii etiam multi inciderunt in dæmones: alii noctu, alii etiam interdiu? Ego profectò non semel, sed nullies jam talia conipxi: ac primum quidem turbabat ad ea: jam verò ob consuetudinem nihil novum aut prodigiolum mihi videre videor, maximeque nunc ex quo annulum mihi Arabs dedit ex ferro de cruce quapiam sumpto, factum: carmenque docuit nominibus multis plenum, nisi fortè ne mihi quidem fidem sis habiturus Tychiade. At qui fieri possit, inquam, ut Eucrat non credam Dinonis filio, virò inprimis sapienti, ac liberè, quæ sibi videntur, domi in privato suo cum autoritate narranti? Illud ergo de statua, inquit Eucrates, quæ omnibus qui in domo sunt singulis noctibus appetet, tum pueris, tum adolescentibus, tum senibus, hoc inquam, non à me duntaxat audieris, verum etiam à nostris omnibus. De qua statua? inquam ego. Non vidisti? (inquit) quum ingredieris, statuam quandam in atrio collocatam, sicut quām pulchram, opus Demetrii: qui statuas humana specie fingere consuevit? Nonne illam dicis, inquam, quæ discum jacit: quæ inclinata est ad emissuri gestum, reflexa in eam quæ discum fert, altero pede modicè inflexo, quæque se erectura videtur unacum jactu? Non, inquit: nam unum est ex Myronis operibus illæ duci jactator, quem dicis. Sed nec eam quæ est ei proxima: eam loquor cui tenis caput vincitum est, formosam illam: nam id Polycleti opus est,

Verum eas quæ à dextra sunt egredientibus omite, inter quas & tyrannicidas illi stant, Critiæ Neziotæ plasmata. Tu verò an non ad aquam illam quæ influit, quampliā vidisti ventre prominulo, calvam, seminudaram, vulsis quibuldam barba pilis, insignibus venis vero homini simillimam? Pelichus dux Corinthius esse videtur. Per Jovem, inquam, vidi quandam à dextra Saturni, quæ tænas coronasque aridas habebat, pectoraque folia quædam inaurata. Ego, inquit Eucrates, ea inauravi, quum me sanasset triduo, febre pereuntem. Eratne igitur etiam Medicus, inquam ego, optimus iste Pelichus? Est, neque ride, inquit Eucrates: alioqui homo te haud multo post invadet. Novi ego certè quantum valeat hæc quam turides statua. An non ejusdem putas esse immittente febres in quos voluerit, quandoquidem potis est ejicere? Propria inquam, placataque sic hæc statua mihi, quæ tantum valeat. Quidnam ergo aliud facientem eam viderunt omnes qui in domo sunt? Quum primum nox est, inquit, hæc è base descendens in qua steterat, in orbem totam domum circuit: omnes occurruunt ei interdum etiam canenti: nec quisquam est quem unquam læserit, divertere tantum oportet. Illa verò præterit, nihil intuentes infestans, quum & lavat sappe, & tota nocte ludit, ut ex ipso aquæ strepitu licet audire. Vide ergo, inquam ego, ne forte non Pelichus hæc statua sit, sed Talus potius Cretensis, qui apud Minoem fuisse dicitur. Nam & ille æreus quidam Cretæ custos erat. Quod si non ex æte, sed ex ligno facta esset, nihil eam prohibetur, quin non opus Demetrii, sed una potius ex Dædali machinis esse videatur. È base namque (ut ais) etiam ista fugit. Vide, inquit, ô Tychiade, ne te posthac scommatis hujus pœnitentia. Novi quidem ego, quid illi evenerit, qui obolos surripuit, quos ei quoque novilunio suspendimus. Proclus atrocia, inquit Ion, oportebat accidere: quippe qui sacrilegus erat: quomodo ergo illum ultus est, ô Eucrates? nam audire cupio, etiam si quām maximè Tychiades iste diffititus est. Multi, inquit ille, ad pedes ejus oboli jacebant, aliaque item numismata quædam argentea ad crus ejus affixa cera, ac laminæ quoque argenteæ: vota cujusque, aut merces ob sanationem ejus, qui ab eo liberatus esset, quum febre detineretur. At erat nobis servus quidam Libycus sceleratus, eorum curator. Hic noctu aggressus est ea auferre omnia, abstulitque digressam jam quum obseruasset statuam. At quum primum reverlus intellexit sacrilegio se compilatum Pelichus, vide quo pacto se ultus est, atque furti prodidit Libycum. Tota nocte atrium obambulabat in orbem miser, exire non valens, tanquam in Labyrinthum incidisset, quoad orta die jam deprehensus est, ea tenens quæ furto abstulerat: ac tum quidem comprehensus, plagas non paucas recepit, nec temporis multum superstes malum male perit: vapulans, ut dicebat, singulis noctibus: adeò ut vibices postridie apparerent in corpore. Inunc, & post ista quoque Tychiades Pelichum ride, ac me tanquam coætaneum Minoi jam delirare puta. At ô Eucrates, inquam ego, quām

quam diu as erit as, operisque plastes Demetrius Alopecensis fuerit, qui non Deos sed homines fingere consuevit, Pelichi nunquam statuam reverbor: quippe qui nec ipsum etiam viventem, si mihi minaretur, admodum timuissem. Ad hæc Medicus Antigonus: Etmibi ô Eucrates, inquit, Hippocrates æreus est magnitudine fermè cubitali, quiduntaxat quum lucerna extincta sit, totam in orbem domum ambit, perstrepens ac pyxides evertens, pharmacaque commiscens, atque ostia circumvertens: maximusque siquando sacrificia prætermittimus, quibus in singulos annos ei sacrificamus. Postulat ergo, inquam ego, etiam Hippocrates Medicus jam ut sibi sacrificetur: indignaturque nisi in tempore justorum sacrificiorum epulis accipiatur: quem nimis debeat boni consulere, si quis ei libaverit, aut mulsum insperferit, aut caput coronaverit. Audi ergo, inquit Eucrates, istud certè etiam testibus probavero quod ante annos quinque vidi. Erat ferme vindemias tempus. Ego verò in agrum circa meridiem vindemiarum dimissis operariis, in sylvam solus abibam: cogitans interim quiddam, atque considerans. At postquam in saltum perveni, canum primò latratus insondit. Ego verò Mnasona filium meum, cum æqualibus venientem, ludere venarique (quemadmodum solebat) conjiciebam. At res haudquam sic se habebat: verum paulo post facta terramotu, sonoque velut è tonitu, mulierem advenientem video terribilem: proceritate fermè semistadiali: habebat autem in sinistra facem, in dextra verò gladium viginti circiter cubitorum. Et infernè quidem pedibus erat serpentinis, supernè verò Gorgonem referens vultu atque aspectu horrore: pro coma quidem draconibus, tanquam cæsarie circumcincta: aliis collum amplectentibus, aliis etiam per humores sparsis. Vide, inquit, amici quo pacto etiam inter narrandum exhorui: & simul hæc dicens Eucrates, ostendit omnibus brachii sui setas eretas metu. Ion ergo ac Dinomachus, & Cleodemus inusvehementer inhiantes auscultabant eum viti sehes, tanquam naribus traherentur, adorantes apud se tam incredibilem Colossum: mulierem semistadalem, Giganteum quoddam Mormolycum. Ego verò considerabam interim, cuiusmodi étant hi qui cum juvenibus sapientiae nomine versentur, vulgoque in admiratione habentur: quum sola nimis canicie barbaque ab ipsis differant infantibus: cæterum etiam illis ipsis facilius ductiles ad credenda mendacia. Dinomachus ergo, dic mihi, inquit, Eucrates: illi canes deæ, quanta magnitudine erant? Elefantis, inquit ille, proceriores Indicis, nigri & ipsi hirsuti que, sordido squalidoque villo. Ego igitur quum viderem, restitu, inverso protinus in interiorum digiti partem (quod Arabs mihi dederat) sigillo. Hecate ergo percusso draconicis illis pedibus solo, hiatum effecit maximum & qui immani magnitudine penitus æquaret tatarum. Deinde paulo post abiit in eum desiliens. Ego verò præfente animo porrecta cervice inclinatus, inspexi apprehensa arbore quapiam, quæ vicina stabat, ne obortis mihi tenebris ac vertigine, in caput præ-

cepis inciderem: deinde conflexi ea quæ in inferno sunt omnia: Pyrphlegetontem, lacum, Cerberum, manes: adeò ut quosdam etiam eorum agnoscerem. Patrem ergo meum manifestè cernebam adhuc his ipsis amictum, quibus eum sepe levimus. Quid agebant (inquit Ion) ô Eucrates, animæ? Quid aliud, inquit ille, quam per tribus familiasq; cum amicis cognatisque versantur, in Asphodelo collocati? Contradicant ergo etiam nunc (inquit Ion) Epicurei sacro Platoni, ejusque de anima rationibus. At tu nonne Socratem etiam ipsum Platonemq; videbas inter manes? Socratem (inquit) vidi: neque illum tamen evidenter, nisi quod inde conjecti, quoniam calvus ac ventricosus erat. Platonem verò non cognovi: nam apud amicos vera fateri oportet. Simil ergo atq; ego omnia conflexi, & hiatus coit, & ex famulis meis quidam quærentes me, atque in his Pyrrhias hic, supervenire hiatus nondū plenè obduco. Dic Pyrrhia, annon vera narrō? Per Jovem (inquit Pyrrhias) & latratum audivi per hiatum: & ignis quidam à face mihi suffulgere videbatur. Tum risi ego protecto, teste latratum ignemq; in cumulum addente. Tum Cleodemus: Haud quaque nova ista, inquit, neque alius in visa vidiisti. Nam & ipse haud ita pridem quum ægrotarem, tale quiddam conflexi. Prospiciebat mihi curabatque Antigonus hic, ac sepuma dies erat: febrisque ô qualis incendio certè vehementior. Omnes ergo in reliquentes solum, clausis foribus foris manebant. Sic enim jusseras Antigonem: si quo pacto possem obdormilcere. Tunc igitur astitit mihi juvenis quidam vigilanti, pulcher admodum, veste circumnictus candida. Ac me quum excitasset, per hiatum quendam ducit ad inferos: sicut illuc cognovi, Tantulum quum viserem ac Titum Sifypnumque. At cætera vobis quid commemorem? Postquam vero ad Tribunal perveni (aderat autem & Æacus, & Charon, Parcæq; atque Erinnys) quidam velut rex (Pluto certè mihi videbatur) assedit singulorum nomina percensens, qui morituri erant, quos diem iacta vita præscriptum præterisse contigerat. Juvenis ergo me adducens illi exhibuit. At Pluro tunc incanduit, & ad eum qui me ducebat; Nondum illi completum est stamen, inquit: abeat ergo: tu vero fabrum Demylum adduc: jam siquidem ultracolum vivit. Tum ego latens recurrentis, ipse quidam jam febre liber eram: denuntiabam verò omnibus, quod Demylus esset moriturus. Manebat autem nobis in vicinia ægrotans etiam ipse nonnihil, ut renuntiatum est. Ac paulo post audiimus ejulatum eorum qui lugebant eum. Quid miri est, inquit Antigonus? Ego etenim quendam novi post vigesimum diem quum sepultus est, resurrexisse. Nam hominem & antequam moreretur, & postquam resurrexit, ipse curavi. Et quo pacto (inquit ego) in diebus viginti neque rabiuit corpus, neque præterea fame corruptum est, nisi fortassis Epimenidem quæpiam tu curasti? Hæc quum diceremus, protinus ingrediebantur Eucratis filii è palæstra redeentes. Alter quidē jam ex ephesis excesserat, alter verò annos natus erat cireiter quindecim. Tum salutatis nobis juxta patrem

patrem adsidebant in lecto, ac mihi quidem sella illata est. Tum Bucrates tanquam è conspectu filiorum admonitus? Sic his frui mihi contingat, inquit; simulq; manū eis injectit, ut apud te Tychiades vera narrabo. Felicis memoriz uxorem meam horum matrem neverunt omnes, quo pacto dilexerim: nam declaravi his rebus quas in eam feci, non modò dum viveret, verum etiam postquam vita functa est. Quippe qui mundum ejus universum, vestemque qua dum viveret oblectabatur, in rogam illius injecerim. Septima verò post mortem die, ego quidem in eundem lectum incumbebam quemadmodum nunc, luctum eum mihi committigans, quem de illa conceperam. Legebam enim tacitus Platonis illum de anima libellum. Inreditur interim Demænetea ipsa, atque adsidet juxta: quemadmodum nunc Eucratides hic, minorem designans filium. Hic verò illicò tremuit admodum pueriliter, ac du-dum ad narrationem pallebat. Ego verò (inquit Eucrates) ut conspexi, amplexus eam singultimi lacrymabam. Illa verò me vociferari non patiebatur, verum incusabat me, quod quum ei fuisset in reliquis gratificatus omnibus, è sandalij aureis alterum non cremaverim, superesse autē id dicebat, quod sub arca ceciderat: atque ob id nos quum non invenitemus, alterum tantum cremaveramus. Nobis autem adhuc differentibus, sc̄elestissimus quidam caniculus, qui mihi in deliciis erat, in lecto cubans allatabat, ea verò ad latratum evanuit. At sandalium sub arca repertum est: posteaque à nobis incensum. An hæc etiam, Tychiades, recusabis credere, quum tam sint evidētia, quotidieque obseruantur? Per Jovem, inquam ego, digni fuerint, quibus auro sandalio nates puerorum more feriantur, si qui ista non credant, aiqueusque adeò impudenter verò refi-stant. Interea Pythagoricus intrabat Arignotus, comatus ille, ab aspectu venerabilis. Nostri illum doctrinæ nomine celebrem, qui cognominatur facit. Atque ego quidem, ut eum conspexi, respiravi: hoc ipsum, quod proverbio dici solet, advenisse mihi ratus: nempe securim quamquam adversus mendacia. Occludet, inquam, eis ora vir sapiens, adeò monstrosa narrantibus: atque prorsus, iuxta vulgatum illud adagium, repente Deum innatisse esse mihi hūnc à fortuna putabam. Hic verò postquam adsedit, afflidente ei ac cedente Cleodemo, primum de morbo percontatus est, seque audire dicebat, Eucratem jam se melius habere. At quidnam, inquit, inter vos philosophamini? nam interim dum ingrediebar subau-scultavi, ac mihi certè videmini in re quamquam pulchra conversari. Quid aliquid, inquit Eucrates, quam ut huic adamantino persuadeamus (me de-monstrans) ut dæmones credat aliquos esse, phā-tasmataque, ac mortuorum animas super terram obambulare, & sese quibus libitum fuerit ostendere? Ego igitur erubui, vultumque dejeci reveritus Arignotum. At ille, vide(inquit) Eucrates, num hoc dicat Tychiades, eorum tantum qui violenter interierint, animas errare, veluti si quis suffocatus, aut capite truncatus, crucive suffixus fuet, aut alio quopiam istiusmodi modo è vita dis-

cesserit; eas verò quæ fatali morte naturalique discesserint, haudquaquam ampli' oberrare. Nam hoc dicat, non usque adeò absurdā dixerit. Per Jovem, inquit Dinomachus, ne esse quidem istiusmodi, nec præsentia certi purat. Quid aīs, inquit Arignotus in me torvè aspiciens, nihil horum tibi videtur fieri? præsertim quū omnes (ut ita dicam) videant? Ignoscet, inquam ego, mihi, si non credo: nam solus omnium non video: quod si vidi-lem, profectò & credidissem, quemadmodum & vos. Atqui, inquit ille, si quando Corinthum ve-noris, roga ubi sit Eubatidæ domus. Atque ubi tibi fuerit indicata, nempe circa Craneum, in eam ingressus, dic janitori Tibio, velle te videre, unde dæmonem Pythagoricus Arignotus quum adduxisset, abegerit, ac deinceps habitabilem domum reddiderit. Quidnam hoc erat Arignote? roga-bat Eucrates. Inhabitabilis erat, inquit ille, diu propter terricula: quod si quis inhabitasset, ex-pavescitus illicò fugiebat exactus à quodam hor-rendo ac terribili spetro. Deciderat ergo jam, te-ctumque rumpebatur, neque quisquam erat ómnino qui in eam ingredi fuerit auctus. Ego verò ubi hæc audivi, libellos sumens (sunt autem Ægyptii mihi de talibus rebus admodum multi) veni in domum circa primam vigiliam, dehortante hospite, ac fermè detinente, postquam didicerat quò iturus esset, in certum, ut putabat, exitium. At ego sumpta lucerna solus ingredior, atque in vastissimo atrio collocato lumine, humi sedens tacitè legebam. Adebat verò dæmon ille, cum quo-piam è vulgo se congregarum ratus, ac me quoq; quemadmodum alios perterriturum, squalidus, hirsutus, ac tenebris nigror. At hic quum adsta-ret, undique me adstulit petens tentavit, si quā posset expugnare, ac modò in canem, modò in taurum, modò in leonem vertebar. At ego cor-tepto in manum quam maximè horrendo carnine, simulq; vocem imitatus Ægyptiam, & incan-tans eum, in domicili tenebroſi angulum quen-dam compuli. At quum animadvertissem, ubi se in terram coadivit, tum destiti. Mane autem de-sperantibus universis, ac me quemadmodum ali-os mortuum sese repertos putantibus, præter omnium spem progredivs, Eubatidem adeo, fe-liciter illi adnuntians, quod putram sibi ac spe-ctris liberam domum jam liceret incolere. Atque illum assunens aliosque multos (sequebantur au-tem hujus inopinata rei gratia) quum ad locum duxisset, ubi condentem se dæmona conspex-ram, iussi ut sumptis ligonibus matulisque suffo-derent. Atque ubi id fecerant, inventum est ferè ad passum defossum cadaver quoddam marcidū, ossibus tantum humana specie cohærentibus. Il-lud igitur effossum sepelivimus, domus verò post-ea turbari prodigiis desit. Hæc ubi narravit Arignotus, vir prodigiosa sapientia ac reverendus omnibus, nemo erat ex his qui aderant, qui non multam mihi imputaret insaniam, qui talia non credam, narrante præsertim Arignoto. Ego tamen nihil veritus neque comam, neque illam quam de eo habebant opinionem. Quid hoc inquam, Arignote? Etiam tu talis eras, in quo mihi sola veritatis spes fuit, sumo plenus

LUC. NECROMANTIA,

pienus ac simulacris? Illud ergo nobis in te quod dicit roter evenit: ut thestaurum quum speraverimus, carbones offendierimus. At tu, inquit Arignorus, si neque mihi credis narranti, neque Di-nomacho, aut huic Cleodemo, neque ipsi Eucratiti: dic age quemnam dignorem, cui his de rebus fides habeatur, existimas, qui nobis dicat contra-ria? Per Jovem, inquam eo, vitum apprimè mirabilem Abdera orijundam illum Democritum, cui tam firmiter erat persuasum, ejusmodi nihil esse in rerum natura posse, ut quum se in moni-mento extra portas clausisset, ibique degeret dies noctesque scribens atque componens, juvenesq; eum quidam illudere cupientes ac pertereface-re, nigra veste in modum cadaveris ornati, ac per-sonis in capita adfictis circumstantes, illum cir-cumstinxerunt, crebrò subsilientes: hic neque eo-rum commenta pertinuerit, neque eos omnino respexerit, sed interscribendum: Desistite, inquit, ineptite. Adeò firmiter creditit animas nihil esse postquam è corporibus exierint. Hoccine ait, in-quit Eucrates, dementem quempiam virum esse Democritum? siquidem sic existimavit. Ego ve-rò vobis etiam aliud refutam, quod mihi ipsi con-tigit, non quod ab alio acceperim: fortassis etiam tu Tychiades quum audieris, compellentis ac-ce-dere, ipsa narrationis veritate coactus. Quam in Ægypto versarer adhuc adolescentis, à patre vide-licer doctrinæ gratia transmissus, cupiebam navi-gio profectus in Coptum, illinc adiens Memno-nem, miraculum illud audire, cùm videlicet so-num reddentem ad orientem Solem, Illumigitur audivi non hoc vulgari modo, quo audiunt alii sonum quempiam inanem, sed mihi oracula etiam edidit Memnon, ipse aperto ore septem versibus: quod nisi esset supervacaneum, ipsos vobis versus recenserem. Inter navigandum vero incidit in nos una navigans vir Memphiticus quidam, ex sa-criss illis scribis, mirabili sapientia, & qui univer-sam Ægyptiorum doctrinam callebat. Diceba-tur autem 23. annos in adytis subterraneis, mansisse, Magiam interea doctus ab Iside. Pan-cratem dicas (inquit Arignorus) Präceptorem meum, vitum sacrum, rasum, lineis indutum, do-ctum, pureque lingua Græca loquentem, pro-cessum, simum, labiis promissis, cruribusque graci-ibus. Illum ipsum, inquit ille, Pancratem; ac pri-mum quidem quis esset ignorabam: at postquam yidi eum, si quando in portum appulissimus, cùm alia multa miracula facientem, tum Crocodilis insidentem, & cum seris versantem, illas vero re-yerentes eum, caudisque adulantes, agnovi sacrū quempiam virum esse, paulatimque comitate mea me in ejus amicitiam ac familiaritatem ins-puavi, adeò ut omnia arcana communicaret. Ac tandem mihi persuader, ut famulis omnibus in Memphide relixis, se solus consequeret: neque enim defuturos nobis ministros. Atque ex eo tempore sic vitam duximus. Quum in diversori-um quodpiam vestiremus, homo accepto pistillo, scobinave, aut pestulo, vestibus implicans, quam in id carmen quoddam dixisset, effecit ut ambula-ret, utque aliis ornatis homo videtur. Illud ergo abiens, & aquam hauriebat, & cœnam para-

bat, instruebatque atque in omnibus commodè subterriebat ministrabatque nobis. Deinde post-quam jam satis hujus ministerii fuit, scobinam turtus scobinam, ac pessulum pessulum, aliud re-citans carmen reddebat. Hoc ego vehementer conatus non reperiebam, quo pacto ab illo ex-pilcare. Nam id mihi invidebat, quanquā in aliis esset facilimus. At quadam die in angulo quodam tenebrisoso clam illo delitescens subauscultavī proprius incantationem illam. Erat autem trisylla-ba. Tum ille quum pistillo mandasset quæ cu-randa erant, abiit in forum. At ego postridie illo apud forum occupato, acceptum pistillum quum ornasse, syllabas illas simili modo pronuntians, aquam jussi ut hauriret. Tum impletam ampho-ram quum tulisset, Desiste inquam, neque aquam amplius haurito, sed rursus esto pistillum. At illud mihi haud amplius jam obtemperare volebat, sed aquam hauriebat continuè, quoad hauriendo totam domum nobis impleret. At ego quum resi-stere huic rei non valerem, timebam autem ne Pancrates reversus (id quod etiam evenit) ira ce-re-tetur, correpta secure pistillum in duas partes dif-feco. At utraque pars amphoram sumens haurie-bat aquam, jamque unius loco duo mihi ministri esse cœperunt. Interea Pancrates supervenit, ac re-intellecta illas quidem in ligna rufus, quemad-modum ante carmen erant, mutavit. At ipse me clanculum relicto, nefcio quod clanculum se sub-ducens abiit. At possis istud etiam nunc, inquit Dino-machus, hominem ex pistillo facere? Per Jovem, inquit ille, dimidia ex parte scio: nam in priorem formam nunquam à me restitui potest, postquam semel aquarius esse cœperit; sed dese-renda nobis domus esset aquæ jam impleta. Non desistitis, inquam ego, hujusmodi monstroso nar-rare viri tenes? Alioqui horum saltem adolescentium gratia ineredibiles istas ac terribiles fabulas aliud in tempus omittite, ne clanculum terrori-bus ac prodigiosis fabulamentis impletantur. Par-cere ergo eis oportet, ne talia consuecant audire, quæ eos per toram vitâ comitata perturbabunt, atque ad omnem strepitum meticulosos reddent, poste aquam eos omnigena superstitione imple-verint. Reclamè admonuisti me, inquit Euctates, quum superstitionem dixisti. Nam quid tibi Ty-chiade de rebus hujusmodi videtur? de otaculis loquor ac vaticiniis, & quæcunque quidam nu-mine afflati proclaimant, quæve ex adytis audi-untur? aut quæ virgo numeris eloquens futura prædicti? an videlicet nec talia credis? At ego quod anulum quendam sacrum habeo, Pythii A-pollinis imaginem exprimente sigillo, quodque hic Apollo mecum loquitur, non dico, ne tibi vi-dear ad gloriam meam res incredibiles narrare. Cæterum quæ apud Amphiliolum audivi in Mallo, heroë mecum diu differente, Deumque meis de rebus consulente, tum quæ ipse vidi, volo vobis narrare: deinde ex ordine & quæ vidi in Pergamo, & quæ audivi in Pataris. Itaque quæ ex Ægypto redirem domum, audiremque illud in Mallo vaticinium apertissimum simul ac veris-fitum esse, tamen sic oracula dare, ut ad rem re-spondeat his, quæcunque Propheta quispiam in-sche.

shedulam inscripta tradiderit: recte me factum putavi, si dum præternavigarem, experiter oraculum, Deumque de futuris quipiam consularem. Hæc adhuc Euctate dicente, quum viderem quām longē res esset processura, quodque non brevem incepisset de oraculo tragædiam, ratus non expedire, uti solus contradicerem omnibus, relinquent eum ex Ægypto adhuc in Malum navigantem: nam & intelligebam molestam illis esse præsentiam meam; utpote qui dissentirem refelleremque eorum mendacia: At qui ego abeo, inquam, quæstitutus Leonticum, nam opus habeo cum eo congredi. At vos quandoquidem parum sufficere vobis res humanas putatis, ipsos etiam Deos denique in fabularum vobis partem vocare. Atque hæc simul ac dixi, discessi. Illi verò alacres jam libertatem naœti, ut est verisimile, mutuò sese epulis accipiebant, ac mendacis ingurgitabant. Talibus o Philocles apud Euctatem auditis, venio per Jovem inflato ventre, non aliiter quām hi qui rousto poti sunt, opus habens vomitu. Tum libenter alicunde magno émetum pharmacum aliquod, quod mihi oblivionem induceret eorum quæ audiví, ne me nonnihil eatum retum lœdat inhærens memoria: nempe monstra, dæmones, atque Hecatas mihi videre video. PHIL. Quia mihi quoque o Tychiade, tale quiddam hic sermo tuus attulit: ajunt etenim non solum in rabiem verti, atque aquam formidare, quoscunque rabidi canes mordeant: verum etiam si quem mordicus homo mortis morderit, illum mortis quoque non minus canino valitum, atque eum etiam eodem modo intimidaturum. Quin tu ergo videris, quum sis ipse apud Euctatem à multis mendaciis mortis, mihi quoque mortis illum communicasse, ad eò mihi mentem dæmonib⁹ impleveristi. TYCH. At botio animo sumus, amice, quum magnum adversus hujusmodi res remedium habeamus, veritatem rectamque omnibus in rebus rationem: quo si utamur, nullis hujusmodi vanis stultisque mendaciis turbabimur.

LUCIANI DECLAMATIO PRO
Tyrannicida, THOMA MORO
Interprete.

ARGUMENTUM DECLAM.

Ascendit quidam in arcem, ut tyrannum occideret: at ipsum quidem non inventit, filium autem ejus quum pereisset, gladium reliquit in corpore. Tyrannus ingressus, ac filium jam conficitus mortuum, eodem gladio se transfixit. Is qui ascendebat, ac tyranni filium interemerat, tanquam tyrannicida premum petuit.

DECLAMATIO.

Quum duos tyrannos, Judices, uno die peremerim, alterum quidem jam ætate defecum, alterum verò florentem, coque ad scelerum

successionem idoneum, adsum tamen unicum ob uitumque præmium petitus: idque quum solus omnium qui unquam fuisse tyrannicida, sceleratos duos uno istu sustulerim atque inactavet: filium quidem gladio, parrem verò nimio illo quo in filium ferebatur, affectu. Tyrannus igitur ob ea quæ gessit, latis nobis supplicii dedidit, quippe qui & vivens filium spectavit occisum, & tandem (quod maximè præter omnem spem fuit) ipse sui coactus est tyrannicida fieri. Filius igitur à me peremptus est, in se vivit autem mihi etiam mortuus, ad aliam mortem: nam qui vivens injurias unā cum patre fecit, mortuus patrem ut poruit, interfecit. Qui tyrannidem ergo sustuli, ego sum: ensisque qui peregit omnia, meus est; ordinem tantum immutavi cædium, ac perimendi sceleratos novavi modum: illum qui fortior erat, & qui ulcisi poterat, amolitus ipse: senem verò soli relinquent gladio. Ego igitur ob ista etiam amplius aliquid à vobis expectabam, sperabamque mé præmia pro peremptorum numero suscepitum, ut quai vos non præsentibus tantum malis éripuerim, sed futurorum quoque metu liberaverim, ac certè vobis libertatem præstiterim, nullo hærede scelerum relicto. At interim tot rebus à me præclarè editis, impeticulum venio, ne à vobis nullo præmio donatus aheam, solusque mercede frauder, quam leges à me servatae statuerunt. Hic itaque meus adversarius, nullo Reipublicæ studio, sicut ait, istud agere videtur, sed eorum cæde commotus, ut in eum qui mortis eis causa fuit, ulciscatur. Sed vos judices auscultate paulisper dum tyrannidis mala (quanquam ipsi probè sciatis) expono: nam & hoc paecto melius beneficii magnitudinem cognoveritis, & magis item gaudebitis, reputantes quibus estis malis liberati. Neque enim queadmodum aliis plerisque jam sâpe accidit, ita nos quoque simplicem tyrannidem & unicam letvitatem sustinuimus: neque unius Domini libidinem pertulimus, sed soli omnium quos unquam similis pressit infelicitas, duos unius loco tyrannos habuimus, & in duplices miseri injurias distracti sumus. At moderatior admodum senex erat, & in ira mitior, & ad supplicia segniot, & ad libidines tardior: utpote ætate jam impetus ejus vehementiam cohibet, & voluptatum appetitiones refrænante. Et ad causas quidem facinorum invitus à filio dicebatur impelli, quum ipse non admodum tyrannicus esset, nisi quod illi patet: nam in filium (ut jam ostendit) propensus supra modum fuit. Omnia illi filius erat, illi obtinebat: & injustè fecit quicquid ille jubebat, & puniebat quos ille volebat: in omnibus illi morem gerebat, ac denique sub illico tyrannide vivebat, & ultroneus filii cupiditatum satelles erat. At juvenis verò honore ætatis gratia patri cessit, & solo impetui nomine abstinuit: cæterum re ipsa tyrannidis caput ipse fuit. Firmitas quoque ac tutamentum principatus ab illo pendebat, quoniam & quod ex injuriis provenit, solus ipse fruebatur. Ille erat qui satelles ducebat, qui custodias regebat, qui subditos feiebat,

[Mm] riebat,

riebat, qui insidiatores terrebat. Ille erat qui ephelos rapuit, qui nuprias temeravit, cui virginis adductæ sunt: & si quæ cædes erant, si qua exilia, pecuniarum expilationes, tormenta, contumelia, hæc omnia juvenis fiebant audacia: nam senex ipse obsequebatur, & comes in malis erat, & tantum filii scelerata comprobabat. Et res quidem nobis intolerabilis facta est: nam quum animi libidines ab imperio sumunt licentiam, nullum injuriarum finem faciunt. At illud tamen nos urebat maximè, disfurnam, imò æternam potius futuram hanc servitutem sciebamus, & tradendam per successionem Rempùblicam populumque alii post alium domino ac scelerato hæreditatem cessuram. Aliis profectò non parvam spem hæc res facit, quod perpendere possunt, ac secum dicete: at jam cohæbitur, at jam morietur, ac paulò post erimus liberi. De illis verò nihil tale sperabatur, sed jam nunc paratum impetui cernebamus hæredem. Quamobrem nec suscipere negotium audebat fortium quisquam, qui tamen eadem mecum cupiebant: sed desperabatur omnino libertas, & inexpugnabilis videbatur tyrannis, cum necesse esset tam multos aggredi. At me nihil ista deterruerunt, neque perpensa negotii difficultate detrectavi, neque periculum expavi. Solus quidem, solus adversus tam fortem ac multipliem tyrannidem, imò verò non solus, sed cum gladio auxiliari consendi, consorte etiam tyranicidit, motuem præ oculis habens, sed propriam tamen cædem communis libertatis compensans. Cum in primam ergo custodiā incidisse, ac satellites haud facile amovillem, obvium quemque perimens, & quicquid obliteret conficiens, in ipsum negotii caput ferebar, in ipsum unicum tyrannidis robur, in ipsam nostrarum calamitatū materiam: & in summa artis custodia constitutus, quum illum conspexisse se generosè defendantem, atque relistentem, vulneribus multis tamen interfeci: ac jam quidem sublata tyrannis erat, facinus confectum erat, atque exinde protinus omnes liberi. Senex relictus est ille solus, inertis, custodibus exutus, magno illo satellite suo adempto destitutus, nec amplius ulla generosa manu dignus. Ibi ego mecum Judices talia cogitabam: Totum negotium meum bene se habet: omnia peracta sunt, omnia strenue perfecta sunt. Quonam ergo iste qui superest, plectetur modo? me siquidem ac dextera mea indignus est: præcipue verò facinore tam splendido ac juvenili & generoso confecto, cuius gloriam addita hac tam inerte cæde minuerem. Dignum autem quætere catenificem quempiam oportet, verum post ærumnam, tum ne & hanc lucifaciat, videat, puniatur, appositum tantum ensem habeat: huic ergo reliqua committo. Hæc ubi statuisse, illineam amolor. Ille verò sicut ego ante divinaveram fecit, ac tyrannum interfecit, fabulaque meæ supremum actum addidit. Adsum ergo popularem vobis gubernationem adferens, & omnibus securitatem deauntians, ac libertatem feli-

citer annuntians. Nunc igitur factis meis fruimini. Sceleratis enim (uti videris) arx vacat, imperat autem nemo, sed & honores tribuere licet, & judicare, & ex legibus contradicere: atque hæc vobis ex me, atque hoc facinore meo profecta sunt, atque ex illa una cæde, postquam pater haud amplius vivere potuit. Dignum igitur ob ista cæsio, debitum à vobis mihi præmium dari: non quod studiosus lucri sim, aut qui parva magnipendam: neque quod ob mercudem de patria benemereri in animum induxit, sed quod mea officia cupiam vestro præmio esse comprobata, ne despectus sit, neve inglorius fiat meus conatus, tanquam à vobis mancus, & præmio judicetur indignus. At iste contradicit, & me præter æquum ait faceré, qui honorati velim, ac præmium referre: non enim esse me tyranicidam, neque factum à me quicquam secundum legem esse, sed facto meo quidam ad præmium petendum deesse. Rogo igitur cum, quid reliquum à me desideras? non volui? non ascendisti? non peremisti? non liberasti? num imperat quisquam tuum jubet quisquam? num Dominus minutus quisquam? num me maleficorum effugit quisquam? non dixeris. Sed omnia pacis plena, & leges omnes redditæ, & manifesta libertas, & popularis gubernatio firma, & conjugia in violata, & pueri extra periculum, & virginis tutæ, & festas agens ferias ob communem felicitatem civitas. Quis est igitur horum omnium causa? quis illa sustulit, ista præbuit? Et enim si me quisquam est hoc honore dignior, illi hac mercede cedo, ac præmio isthoc abstineo. Si verò solus ego cuncta petegi, audens, perclitans, adorans, interimes, puniens, alterum in altero ulciscens; quid mea calumnias officias quid in gratum erga me populum facis? At ipsum non occidisti tyrannum: lex autem tyranicidæ præmium statuit. Interest ergo quicquam, dic mihi, an ipsum perimas, an mortis ei causam præbeas? Ego certè nihil puto, nempe hoc solum legislator spectavit, libertatem & popularē statum, ac sceleratorum abolitionem: istud honoravit, istud gratia dignum censuit, quod factum à me non esse non queas dicere. Si enim illum occidi, quo occiso iste non potuit vivere, ipse nimis macayi. Cædes mea, manus illius erat. Ne nimium ergo curiose de mortis modo disputes, neque examines, quomodo interfici: sed an amplius non sit, an per me est, quod amplius ille non sit. Quandoquidem hoc quoque mihi videris excussurus, & sycophantam in benemerentes acturus, si quis non ense, sed lapide, lignové, aut alio quopiam medo petiverisset. Quid verò si tyrannum tame obsecuum, ad mortis necessitatem adegitsem? etiamne tum requireres meamet manu peractam cædem? alioqui deesse adhuc aliquid mihi ad legem implendam diceret? atque id graviore supplicio interficto maleficio? Unum solum examina, istud interroga, in hoc curiosus inquire, quis facinorosorum superest? quis injuriæ metus imminet? quæ vestigia calamitatū? Sin

verò

verò purgata sunt ac pacata omnia: sycophantia est, modum rerum calumniantem, velle præmio ipsis factis debito fraudare. Ego si quidem hoc quoque in legibus declaratum memini; (nisi forsitan ob longam servitutem sibi quæ in illis dicuntur oblitus) causas mortis duas esse: sive quis ipse occiderit: seu si quis ipse quidem non occiderit, neque manu rem gesserit, coegerit tamen, atque occasionem necis dedit. Aequaliter hunc etiam lex plebiscitum censet, atque admodum quidem justè: nam præbitam in veritis causam nihil judicavit ipso facto iniuriam; ac reliqua jam de modo necis questio super vacua est. Illum ergo qui sic occiderit, puniendum tanquam homicidam æquum ceas, absoluīque nullo pacto velis: qui verò eodem quo ille modo civitati beneficerit, indignum benemeriti præmio dices? Nequit enim istud possis dicere, me videlicet id fecisse tantum: bonum autem exitum quendam tetherem, non me id destinante, consequtum. Quid ergo pertinuerit amplius, eo qui fortior erat interempto? Quid in vulnere gladium teliquissem, nisi id ipsum omnino quod erat futurum prædivinasse? Nihil hoc fortasse dixeris, quod qui peremptus est, tyrantus non erat, neque hoc nomen obtinebat, neque multa vos ob id libenter, si necaretur, præmia dedisset: sed hoc nunquam dices. Ergo interempto tyranто, illi qui causam præbuit non redes præmio? O curiositatem! quomodo necatus est curas, quum libertate fruatis; aut ab eo qui democratiam restituit, amplius aliquid postulas? At quilex (ut dicas) ipsum retum caput examinat, media autem omnia valete sinit, neque ultra curiosius inquirita. Quid enim, qui in exiliu tyrannum cothulisset, non honorem jam tyrannicidæ tulisset? Isto ac valde quidem justè: nam & ille libertatem pro servitute præstitit. At quod à me factum est, non exilium, nec rediagrandæ rebellionis metus, sed omnino perfecta sublatio est, & generis illius universi interiecio, ac totius mali radicis excisio. Ac tuus, per Deos, omnia mihi ab initio in finem usque (si videtur) excutire, an prætermisum quicquam ad implendam legem fuerit, & an quicquam mihi defuit, quod adesse tyrannicidæ debuit. Ante omnia igitur animum adesse generosum decet, atque Reipublicæ studiosum, paratumque pericula pro communi commodo subire, ac propria morte multorum salutem redimere: ergo ad id mihi quicquam defuit? an animo fractus sum? an pericula propiciens, per quæ mihi vadendum erat, detestavi? non id dixeris. Mane ergo in hoc solo, ac me finge ex eo solo quod volui, atque isto consilio fui, etiam si nihil inde boni provenisset, tamen ob mentem ipsam assurgentem præmium tanquam benemerentem petere; quum tamen ego non potuerim, sed alius me sequitus tyrannum occiderit, abs nonum (dic mihi) aut absurdum esset tribuere? maximeque si diceres, o virtus, volui, cupivi, aggreditus sum, atque animi mei signa dedi: solus honorè dignus sum.

Quid tum responsurus es? Nune verò non id dico, sed & ascendi, & periclitatus sum, atque innumerabilia priusquam adolescentem petemera, feci. Neque enim rem usque adeo facilem esse suspicemini, custodiam superare, at satellites opprimere, unumque tot viros avertire. Sed fermè maximum in tyrannicidio, atque ipsum rei caput istud est. Nam ipse quidem tyrannus non magnum opus est, neque magno negotio conficiendum, neque expugnatū difficile; sed ea potius quæ munitione ac tueruntur tyrannidem, quæ qui vicerit, is omnia peregerit: nam reliquum quidem parum est. Siquidem istud ad tyratum usque penetrare, nequam licuisse mihi, nisi custodum qui eos cingunt, ac satellitum omnium victori, ac nisi eos omnes pritis devicisset. Nihil amplius adjicio, sed iis turfus imboror. Custodias superavi, satellites inquam, tyratum incustoditum, inermem, nudum reddidi. Ob hanc honore tibi dignus video? an adhuc à me cædem postulas? Atqui si cædem etiam queris, nec istud quidem deest. Neque enim incruentus sum, sed perpetravi magnam ac nobilem necem juvenis florentis atque omnibus metuendi, per quem etiam ille tutus ab insidiis erat, quo solo confidebat, qui multorum loco satellitum suffecit. Quid tum ergo, num præmio dignus sum? num tantarum rerum honore fraudabor? Quid enim si satellitem, tunc si ministrum quæciam tyranni permissem? quid si servum honoratiorem? an non magnum etiam hoc tibi videretur ascendere, atque in media arce, in mediis armis aliquem ex amicis tyranni confidere? Nunc autem etiam illum qui peremptus est considera: filius erat tyranni, imò tyrannus gravior, ac dominus inclemens, ac terror crudelior, extortor violentior. Tum quod maximum fuit, hæres omnium atque successor: postremò, qui in longum poterat nostras calamitates extendere. Visne hoc me solum fecisse, tyrannum autem ipsum adhuc ereptum faga vivere? Munus ob ista peto. Quid dicitis? non dabitis? Non illum quoque suspexitis? non Dominus? non gravis? non intolerandus erat? Nunc verò etiam caput ipsum intelligite. Quod enim iste à me flagitat, id quam optimè fieri potuit, peregit, ac tyratum alterius nece necavi, non vulgariter, neque uno ictu, quod illi post tot sceleris maximè fuit optandum: sed dolore multo prius exagitans, & in oculis ostendens misericordia prostrata, quæ illi fuerant charissima, filium quanquam malum, tamen ætatem florentem, ac patri similem, sanguine ac tabo plenum. Hæc sunt patrum vulnera, hi legitimorum tyrannicidarum gladii. Hæc tyrannis crudelibus digna mors, hoc supplicium sceleribus tantis debitum. Nam illicid mori, illicid nescire, nullum tale spectaculum cernere, nihil habet tyrantica pena dignum. Non enim ignorabam (te appello) non inquam ignorabam, imò nec alias quisquam, quantum ille erga filium gerebat affectum, & quod post illum vivere ne paululum quidem dignaretur.

Atque omnes fortasse patres sunt in filios e-
jusmodi. At hic certè aliquid supra cæ-
teros habebat, idque merito, quippe qui
illum solum videbat ducem servatoremque
tyrannidis, solumque pericula parris præoc-
cupantem, ac firmitatem imperio præstan-
tem. Unde etiam quanquam noti ob amo-
rem, at ob desperationem, saltem statim il-
lum sciebam moriturum, quum cogitaret in-
utilem sibi vitam futuram, securitate quam
jili filius præbebat ablata. Omnibus igitur
illum simul circumsepsi, natura, dolore, de-
speratione, terrore, ac temporum etiam fu-
turonum metu. His in illum commilitoni-
bus usus sum, & ad ultimum illud consilium
coëgi. Interiit nobis orbus, afflatus, do-
lens, lacrymans, luctum lugens, bream qui-
dem, sed qui patri sufficiat, & quod gravissi-
mum est, ipse à seipso, quod mortis genus
omnium est miserrimum, multoque acerbius
quam si inferatur ab alio. Ubi mihi gladius
est? num quis illum agnoscat alius? num eu-
jusquam alterius telum est? quis illum in ar-
cem duxit? ante tyrannum quis usus est? quis
illum tyranno misit? O ensis, mecum com-
municans, rerum à me bene gestarum succes-
tor, post tot discrimina, post tot mortes de-
spicimus, & indigni præmio videmur. Si
enim ob istud solum hunc à vobis honorem
peterem, si dicerem: O virtus, tyranno mor-
tem cupienti, ac cum inermi forte deprehен-
so, meus iste subservivit gladius, atque ope-
ram suam ad consequendam libertatem com-
modavit omnibus: honore ac præmio indi-
gnum putassetis? Dominum tam popularis
rei non retaliassetis? non inter benefactores
inscripissetis? non inter sacra gladium ipsum
repositissetis? non secundum Deum illum co-
luissestis? Nunc mécum cogitate, qualia ty-
rannum ipsum ante mortem & fecisse, & di-
xisse sit verisimile. Quam filium perimerem,
ac vulneribus multis in parte corporis con-
spicua perfoderem, quo videlicet genitor uretur,
atque aspectu primo stupeferet, mi-
serabiliter exclamavit atque inclamavit pa-
trem, non ut auxiliarior esset aut commilitio,
quippe qui jam senex erat atque invalidus,
sed domesticorum malorum spectator. Ego
illinc digredior, totius quidem tragœdia au-

tor. Reliqui verò histrioni cadaver, & sce-
nam, & ensem, ac cætera qua fabulæ super-
erant. At ille quum adesset, ac videtur fi-
lium, quem habebat unicum, vix respiran-
tem, lacerum ac morte plenum, vulnera quo-
que illa densa, ac multa, & lethalia gerentem,
sic exclamavit: O nate, sublati sumus, inter-
empti sumus, tyranni cæsi sumus; ubi iste
interfector est? ad quid mihi patet? cui me
reservat malo per te jam fili præmortuum?
nisi me forte uxore senem contemnit, &
lenè me perire decrevit: ac mortem mihi
producit, ut necem mihi faciat longiorem.
Et simul ista dicens,ensem quærebatur: ipse au-
tem erat inermis, ut qui omnem in filio spem
repositorum. At ne is quidem defuit: jamdu-
dum enim à me antè præparatus erat, atque
ad facinus futurum relitus. Ergo ex cor-
pore evellens, & ex vulnere gladium eximens,
jamduum me occidisti, peremisti, nunc ve-
rò mihi finem facito. O ensis, inquit, patri
lugenti consolator veni, atque infelicem senis
manum adjuva, jugula tyrannum, perime, ac
luctu solve. Utinam in te prior incidisse, ut
utinam ordinem eædis incepisse, cecidisse
quidem, at ut tyrannus tantum, at ultorem
sperans: nunc verò ut orbus, nunc verò ut
etiam carnifice egens. Et hæc simul dicens,
vulnus intulit tremulus, impotens, cupiens
quidem, invalidus tamen ad facinoris mini-
sterium. Quot sunt ista supplicia? quot vul-
nera? quot mortes? quot tyrannicidia? quot
præmia? Et tandem vidistis omnes jacen-
tem juvenem, opus neque parvum, neque
facile, senem verò illi circumfulsum, cruentem
utriusque inhærentem, atque illam libertatis
& victoriae parentem libitinam, & nostri en-
sis operam: ensem verò ipsum inter utrum-
que monstratum, declarantem quam non in-
dignus Domino sit, testantemque quod mihi
sit fideliter obsequutus. Hoc si ego fecisset,
obscarius fuisset, nunc verò redditur ipsa
novitate splendidius. Qui tyrannidem ergo
omnem iustuli, ego sum: opus autem in mul-
tos distributum est, quemadmodum in fa-
bula. Atque egi primas quidem partes: ego,
secundas verò filius, tertias tyrannus ipse, en-
sis autem subservivit omnibus.

DECLAMATIO

THOMÆ MORI,

Lucianicæ respondens.

Non putaveram Judices, ei qui (id quod
ego nunc facio) publicam causam susce-
pisset agendum, opus fore, ut cur id facere in-

stiruerit, rationem reddat: neque enim ullum
fore periculum, ne id malitia potius aggressus,
quam pietate videatur, quum hoc certissimum
præ-

præbeat magnæ integritatis argumentum, quòd
 aliorum omnium comodis elegerit suo priva-
 to labore consulere. Quod quanquam omnes
 istiusmodi causarum patronos merito posse ex-
 sistimem ab omni calunia & suspicione defendere,
 me tamen omnium meritissimè, qui ut
 omnibus profisi, non solum hunc mihi labo-
 rem desumsi, sed inimicitias etiam cum eo viro
 contraxi, qui se tyrannos quoque ja&t occi-
 disse. Sed quoniam nihil tam rectè cœptum
 esse video, quod non improbotum vellicet ac
 depravet iniquitas, & quosdam jam nunc mis-
 sitantes audio, qui istius oratione persuasi, hoc
 meum officium in pejorem partem rapiunt :
 statui Judices vobis hujus actionis mæ causas
 exponere, ne quis industria mæ malignus in-
 terpres eam dolori, odio, vel invidiæ conetur as-
 scribere. Ac primam, qui est cur tyranni mor-
 tem dolore puter? nam id iste mihi nuper ob-
 jecit, probationem verò nullam attulit, dixisse
 tantum contentus, & credi sibi sine argumento,
 sine teste postulat: imò, inquit, nisi doleres, nisi
 tyranni mortem ulcisci cuperes, mecum non
 contenderes. Ergo ego solo lugere me tyranni
 mortem probas, quòd tibi, oh ejus necem prä-
 mium injustè petenti, ego me justè oppolu?
 vis videre quām nihil dicis? Si te tyrannum oc-
 cidisse probes, ego tecum litigare, nec si velim
 possem, nec si possem velim. Nunc verò quid
 aliud contra te dicturus sum, quām quòd illum
 non occidisti? Si tu interfecisti, nihil quere-
 rer, imò laudarem, admirarer, ac prämium pri-
 mus decernerem: nunc verò ideo tibi contra-
 dico, ideo tibi honorem denego, ideo adver-
 sor, ideo queror, quia tyrannum non occidisti.
 Num igitur occisum protinus dolere videor?
 Ostendisse potius, Judices, debuit, me tyranno
 fuisse vel sanguine conjunctum, vel affinitate
 propinquum, vel beneficiis devinctum, vel sce-
 lerum communione fœderatum. At istorum
 quicquam ne fingere quidem potuit: ergo si
 neque cognatus illi, neque affinis fui, si mea
 opera nunquam in coquusquam injutiam usus
 est, si ab illo beneficij nihil in me collatum est, si
 me acerba servitute cum cæteris simul oppres-
 sit, si me illius interitus libertati vobiscum una
 restituit: quid causa est ut illius mortem mæ
 salutis ac libertatis auctoripium doleam? At odii
 certè tantundem causa est. Nam quid egit
 quòd odium in illum provocaret meum? Pri-
 mò tyranni filium interfecit: postea verò tyran-
 no sibi manus inferente, iste prämium tanquam
 tyrannicida periit: quorum alterum, puta quod
 juvenem peremit, quanquam id ipsum parum
 consultè, parumque ex communi commodo
 fecerat, nisi dii nobis fuissent propitiæ, fecit ille
 tamen animo (quantum ego certè suspicor)
 non malo: alterum verò, nempe quod prä-
 mium postulat, quum non meruerit, ut nunc
 sunt hominum ingenia, non miror, & ignosco
 certè, modò possit auferre. Neutrū istorum
 odium in illum meum concitat. Extra hæc ni-
 hil unquam fecit, quod ad me ullo modo perti-
 neat: ergo tam iniquus sim, ut hominem vi
 tandem latet aut de facie, aut fama notum, qui
 me nec re offenderat, nec verbo læsetat, gratis
 odio persequeret? Restat invidiæ diluenda
 suspicio, quæ talis est, ut nullo malo carete ye-
 lim libentius. Nam quum omnia vitia sint su-
 apte natura perniciosa, nullum tamen est live-
 re pestilentius, quodque peccatum, cui semel infe-
 derit gravitoribus tormentis exagit. Nempe
 alterius fortunam suum infortunium ducere,
 secundis aliorum rebus æstuare, alienis laudi-
 bus urti, aliena felicitate torqueri, an non summa
 miseria, non extrema dementia est? Itaque si
 à quoquam alio vitio, Judices, absolvam, ab hoc
 certè longissimè absolvam. Cujus unquam for-
 tunas impetui? Cujus rès bene gestas elevavi?
 Cujus laudibus unquam derrai? Cujus famam
 labe respesi? Certè ab hujus vitii suspicione si
 me mediocris ista fortuna mea non assertit, quæ
 non tam inops est, ut aliorum opibus ac prä-
 miis invideam, si me anteacta vita non vindicat:
 quæ non usque adeo est rerum bene gestarum
 indiga, ut aliena debeam laude tabescere:
 at ipsa me hercle causa protulit absolvit: quæ
 talis est, ut potius omnium ventum, quam cu-
 jusquam mereatur invidiam. Quæso, Judices,
 quod tandem odii signum, quod invidiæ doc-
 umentum prä me fero? Non provoco, non
 irascor, non accuso, urbem tantum in jus vocata-
 ram ab illo defendo. Sed cui sedentibus ergo
 cæteris, ac tacentibus universis, atque in his
 multis & clarissimis virtutis, & autoritate prä-
 stantibus, & multo ad dicendum instructioribus,
 ego potissimum surgo, & petenti prämia
 contradico? Illi ipsi profecto quin mecum
 sentiant non dubito: & quin ex his plerique
 sint, qui hoc ipsum officium, nisi ego jam succe-
 psem, libenter fuerint obituri: neque tamen
 ideo culpandus sum, quod me pro patria pti-
 mus obtulerim. Quicquid est, alieni silentii
 causas non debeo: me certè ad dicendum cum
 Reipublicæ causa, tum deorum immortalium
 respectus incitabat: nempe quum videiem fa-
 tis tenues æratii nostri proventus, präsentem
 pecuniam nimis exiguum, tum instare multas
 necessarii sumptus occasiones, non ferebam ut
 civitas hoc insuper non necessario sumptu
 mulctaretur. Tyrannicidii pœnæ quantum
 sit, non ignoratis, ac merito quidem &
 quod enim pœnum satis grande sit, quo
 agri, foci, fortunæ, liberi, conjuges, sa-
 lus ac libertas omnium, postremo ipsæ deo-
 rum aræ atque templo redimuntur? Quod
 quo majus atque urbi onerosius est, eo magis
 à nobis propiciendum est, ne temere
 collocetur. Satis, Judices, satis impensæ ac
 sumptus imminet, satis effundendum est, ut æ-
 ratum nostrum tam profundè, non iste etiam
 cui nihil debemus, exhaustiat. Pœnæ quum
 hoc tyrannicidium sola deorum clementia pro-
 venevit, qui toties in clamati calamitatum tan-
 dem nostrarum miserti, crudelissimi nos jugo
 tyranni solvere, ac libertati reddere voluerunt,

non ferendum putavi, ut civitas honorem gratiamque diis merentibus ablātam, homini non merenti tribueret. Totum autem hoc negotium fortunæ deorumque benignitati deberi, huic nihil gratiæ, apertissimis argumentis doccebo: quod dum facio, quælo, *Judices*, diligenter attendite. Triasunt quorum iste quodlibet sufficere sibi ad hunc honorem consequendum putat, vel quod tyranni peremit filium, vel quod tyrannum tentavit occidere, vel quod pater filii nece commotus est, quem ister reliquerat, mortem sibi consivit. Ergo illius adolescentis cædes tyrannicidium videatur? Quid n*isi* nempe & ille (*inquit*) tyrannus erat. Quis id credat, *Judices*, urbem unam duobus suffecisse tyrannis? duos tyrannos invicem concordes eadem incoluisse mœnia? unius urbis ambitu potuisse contineri, quotum alterutri vix vel orbis universus suffecerit? Quisquis id credendū duxerit, is mihi parum videtur tyrannicam considerare naturam: nam legitim quoque potestates, ac non solum legibus gubernantes, sed etiam legibus obtemperantes, ac tyrannide tanto intervallo mitiotes, ambitione tamen ita vincuntur, ut nec vel intimorum amicorum vitæ parcant, potius quam eos habeant imperii sui consortes. Quis tyrannum credat natura ferum ac violentum imperii sui, cuius ardore hominum leges protrivit, deorum contempserit, vitam neglexerit, solum quenquam admittere? Quin brutorum quoque pleraque ferme, quæ (quod tyrannorum proprium est) raptō vivunt, quibus solius pabuli cura impressit aliqua tyrannicæ naturæ vestigia, in proprios factus se viunt, potius quam socios illos venerationis accipient. Et hominem tyrannum putamus, quem fastus inflat, ambitio stimulat, cupiditas urget, gloria sollicitat, suam cum quoquam posse communicare tyrannidem? At iste non solum duos tyrannos facit, verum etiam adolescentem plus quam tyrannum vult videri: nam civibus atroces (*inquit*) injurias fecit, cæde, rapina, stupro, omnibus denique scelerum formis insignis. Nomine quidem abstinuit, cæterum re ipsa tyrannidis caput erat, ac parente plus potuit, eum ut volebat, rex. At longè contrâ se res habet, *Judices*; Nimirum impotens semper ac formidolosa res tyrannis est: neque filius profectò patrem tulisset si posset, neque filio tantum permisisset pater ut posset. Nemo tyrannis est hærede suspectior, qui eo majorem parenti metum incutit, quo magis ferocem ejus indolem ac tyrannicos mores expresserit. Continebat ergo filii sui cupiditates, atque adolescenti strinquebat potius quam laxabat habenas, ne viribus nimium invalescens juvenis, imperii avidus, atque opibus insolens, nec sibi jam imperans, tandem ne parenti quidem parceret, quin jam Saturno superi Jovem preferrent. Nam si injurias interdum fecit, quid aliud quam se parenti satellitem præbuit? ex quibus quorū quisque est, qui non graſſetur, nuptias violer, domos compileret, fana dispoliet, obvios cædat, atque optimum quemque truci-

det? Sed quoniam unus est, cuius potentia atque umbra freti, tam scelerata graſſantur audacia, pœnas alioqui facinorum suorum vel illis, vel publicis legibus daturi, ipsi quidem latrones, homicidae, fures, adulteri: solus autem unus ille scelerum Princeps, sub cuius nomine omnes impune delitescant, tyrannus est. At ille adolescentis si quando patrabat aliquid atrocis, patrem semper sic imperasse dicebat: neque ego quin imperarit dubito. Nam filius quanquam ea in dolore fuit, ut parentem aliquando videretur (si ad tantam pervenisset æratem). flagitiis ac sceleribus æquatutus, tamen in hac adolescentia præ illius crudelitate ac saevitia quibus jam à puero semper assuetus insenuerat, rudes adhuc miles, ac vix tyro fuit, neque ferè magnum quicquam, nisi à patre iussus atque edocitus agebat. Sed sive non nisi iussus illa faciebat, sive ipse etiam in iussus audebat, tamen quum tanquam iussus ēgerit, quum neque tyranni nomen usurparit, neque se pro tyranno gesserit, sed patri se parere significarit, & aulorum suorum causas in illum retulerit, quum aliud se potentiores esse confessus sit, cuius viribus fideret, à quo omnisejus pendet impunitas: suarem si velis, aut facilegum; vel si quod aliud nomen mavis, appelles, at is prosector non est, in quo fieri tyrannicidium potest. Quod si illum omnia solum portuisse, ac re ipsa tyrannum fuisse contendas, & (quod paulo antè jactabas) illicè ejus morte liberam fuisse Rempublicam, singamus obsecro adhuc parentem vivere; sed non fugatum tamen: quod nescio cur ipse finisti, quippe quem nec ipse fugaveras, nec cur ei fugiendum esset effeceras. Filio enim tantum per insidias adempto, reliquis viribus integris, non video cur patri magis desperandum aut fugiendum fuerit, quam si aut filius ei natus non fuisset, aut peste coruptus obiisset. Patrem ergo singamus (ut dixi) viventem, ac filio quidem unoce orbatum, sed satellitum tamen caterva cinctum, cædem filii lacrymantem, sed interfectori minantem, atque omnia suppliciorum genera destinantem, in foem vulnus tristi quidem, sed tamen truci procurrere, & prolatu quem tu reliquisti gladio, ingentia pollaceri præmia, si quis ejus ensis Dominum prodiderit: hic tu foro jam ab illo atque ejus satellibus occupato, & in caput tuum questione jam haberi cepera, in publicum fortis tyrannicida proculle, & in medios globos irruens tyrannum te occidisse proclamita, libertatem omnibus denuntia, ac tyrannicidii præmium postula. Quid fugis? quid latebras? quæris? quid tyrannicida metuis? An non libera est Respublica? an non tyrannus occitus est? neque ergo is quem peremitti, tyrannus erat, sed quidam potius tyranni satelles: neque ejus morte civitas libertati restituta est, quod solum paulo ante dicebas hujus legis spectasse latorem. At hæredem (*inquit*) occidi. Quid mihi hæredes nominat? quid in tyrannide leges memorat? Legum ista nomina sunt: juris est ista successio. An piratae filium si demortui patris locum impletiverit,

verit, hæc dem quisquam dixerit? Intestatus semper tyrannus moritur, quippe legibus ab illo captivis, quæ solæ ratum facere testamentum poslunt. Proinde qui defuncti locum tyranni subit, hæres non est, sed novus tyrannus. Non enim succedit, sed invadit. At illi nunc paruissimus. Istud quidem constat? Ego contra tyranno mortuo populum illicè liberum esse dico. Alioqui frustra lex tyrannicidæ præmium statuit, si alterius morte in alterius potestatem recidimus. Sed longè fecus, Judices: defuncto enim quolibet casu tyrranno, populus jam tūm liber dum amici lucu occupantur, dum stupent ejus morte satellites, illicè sese in libertatem asseruerit, neque plus filius adversus populi vites tum valuerit, quam nunc potest quisquam, vel ex amicis tyrranni potestissimus, aut genere quisquis ei fuit post filium proximus, ad quem, si successib[us] nomen atque hæreditatis audiendum est, tam nunc tyrrannis pertinet, quam ad filium pertinuerit. Qui satellitem igitur, qui amicum, qui cognatum, qui filium tyrranni peremerit, frustra tyrannicidium jaegerit. Tyrannus ipse solus est, cuius necem tanto præmio Respublica meratur. Sed volui, (inquis) peccavisti, periclitatus sum: quod negarine possit, filio tyrranni perempto, spe futurae tyrranicis extincta; præclarum animi mei documentum reliqui, vel hoc solum sufficere mihi ad hunc honorem putto. Hic vide, obsecro, quam nihil malevolè, quam simpliciter agam tecum omnia, quam ex te tua totum hoc negotium minime suspiciosus interpreterer. Nam si alius hanc ageret causam, nec tam ex inimicis suis, sed ex acrioribus istis actoribus quispiam, qui locos omnes excutient, & suspicionibus urgunt, ac molestè nimium prement: sic Hercules hunc tractaret locum, ut nec id tentasse unquam, nec destinasse contende-ret. Quod si tu vociferareris, mirari te quenquam tam insigni esse impudentia, ut talia dicere occiso in ipso conatu tyrranni filio audeat; hic ille protinus quasi fieri non potuerit (inquit) ut non patriam liberaturus, quod non practicisti, non tyrrannum occisurus, quem non attigisti, sed ipsum potius juvenem quem trucidasti perempturus, ascenderis: illatam tibi privatum aliquam ulturus ac retaliaturus injuriam. Hic si instaret, urget, premeret, ac certas aliquas probationes illius animi tui ac propositi flagitaret, vides (ut opinor) in quantas trahereris angustias. Sed ego tecum hoc pacto non agam, quippe qui in rebus (cujusmodi ista est) vehementer obscuris, assuevi semper in meliorem partem esse proclivior. Permitto itaque tibi, ut ista fecisse animo in Res-publicam propenso videaris. Voluisti ergo, ac tentasti prorsus auferre tyrranicidem. Hoc cine tibi videtur isto præmio compensandum? Primum quod voluisti, quis non videt quam sit exiguum? Nam hac ratione omnes tyrranicidii præmium peteremus. Quis enim tam frigido in Res-publicam animo fuerit, ut tyrrannum crudelissimum non libenter auferre voluerit? Tento-verò quid aliud declarasti, quam quod es se tyrranicida voluisti? Quod te præterea peri-

culis exposuisti, an id præmium meruerit ullum, postea videbimus: quod autem istud non meruerit, spero vobis, Judices, esse vel sola legis re-citatione perspicuum. Quæ quum præmium nisi tyrranicidæ non statuat, qui vero tyrranum non ceciderit, esse tyraonicida non possit: quantumlibet quispiam tentaverit, quantiscunque se se periculis exposuerit, frustra tyrranicidii præ-mium, nisi cæso tyrranno, petierit. Nam ei qui dum conatur occidere, in exilium compulerit, præmium quidem: sed neque tantum, neque tan-quam tyrranicidæ decernam. Etenim si morbo quoipam laborans denuntiem, quicunque me sanaverit, ei recuperata valetudine, tria me ta-lenta daturum, veniat aliquis spe mercedis indu-ctus, qui mei curam suscipiat: deinde medica-mentis quibusdam adhibitis, ubi frustra se cona-ri senserit, artem suam morbo vietam confessus, me jam deploratum relinquat, aliqua tamen mo-lestia parte levatum: sanitatis illi mercedem, quia non sanavit, non debo: rursus quia profi-uit, inanem prorsus à me dimittere haud æquum est. At si post mille pharmaca, nihil tamen me-lius habeo tem destituat: præmii nihil meretur, qui nihil juvit: gratiæ verò tantundem ferè, qui quod mederi tentavit, sui gratia, non mei fecit. Quod si insigniter medicæ artis ignarus, rem tam-aggrederi fuerit aulus, atque aliquantis per mis-erè venenis adfectum postea dimittat: quum iam non modò nihil opis tulit, sed plurimum do-foris addidit, etiam si sibi gratis obtulerit: utrum amore dignus est, quod me suo labore tam diu nulla præmii spe tam officiose vexavit an summo potius odio, quod temere sibi meo periculo ei negotio, cuius erat imperitus, immiscerit? Huic rei, Judices, haud multum mihi videtur præsens causa dissimilis. Lex enim tyrranicidam con-ducere vehementer alicunde studet, eique præ-mium certum, tyrranno cæso, pollicetur. Sed tyrranicidam quin dicit, Judices, hominem querit artificem: non manu tantum fortem, sed pectori quoque multo magis valentem, consilio potius quam viribus præstantem: qui insidias tendere, laqueos abscondere, occasions captare noverit. Ergo hanc provinciam si quis hujus-modi suscepit, qui tyrrannum ipsum arte & insidiis adoratur, adorsum opprimat, oppressum interimat, nec re cœpta semel, nisi perfecta desistat: hic tyrranicidii præmium audacter postulet. Sin id quidem non potuerit, quod autem proximum est & confine fecerit: tyrrannum vi-delict vel in exilium abegerit, vel addditionem condonata vita coegerit, vel ad deponendam tyrranicidem certa conditione compulerit: hunc ego præmio dignum, neque nullo quidem, neque tam tam tyrranicidæ judico. At si quis manu po-tens, mentis inops, illatum penitus ignarus ac-trium, quibus instructum esse tyrranicidam oportet, qui rem viribus egere tantum, ac non consilio putet, qui denique Ajaci multo sit, quam Ulyssi, similior, sed Ajaci tamen jam ab-judicatis armis insanienti, armenta hominum loco trucidanti, si hujusmodi, inquam, quispiam rem tantam conficiendam sibi delumperit: tuni nec

nec insidias collocans, nec tempus eligens, nec occasiōnem expectans, impetu quodam proruat: nec ab ipso tamea tyranno incipiat, sed in satellitēs ejus insiliat, dato interim illi sibi cavendi loco: tum subducto tyranno, re temere cœpta, stulte gesta, per ignaviam relicta, ac penitus infecta, sola sibi fuga, abjecto etiam gladio consulat: postea verò vel defuncto, vel interfecto tyranno, in publicum prodeat: præmium tanquam tyrannicida postulet, atque hujusmodi utatur oratione: Volui, Judices, aūsum sum, tentavi, periclitatus sum; utrum, Judices, illi tyrannicidii præmium decerneretis, qui tyrannum tentavit occidere? an malam potius gratiam habetetis, ac dignum etiam supplicio ducetis, quod sua temeritate non se solum frustra periculis objeceras, sed urbem etiam universam in summum discrimen una precipitaverat: urpote qui tyrannum stulte irritando fecerit & civibus infestiorum, & adversus insidias cautioem? Videlicet ergo, Judices, quem admodum id quod iste vel solum satis esse confidebat, usqueadē nihil adjuvat, ut etiam non nihil officiat. Quamobrem si neque is, quem permittit, tyrannus fuit: nec satis tyranni filium occidisse fuit; tentasse verò temere, plus quam frustra fuit: reliquum est, ut ultimum illud, tyranni videlicet ipsius mortem, excutiamus, quam iste sibi nos debere disputat. Hoc totius negotii caput est, hoc si vobis iste persuaserit, causa nihil est quin vicerit; contraque si ego hanc partem vicebro, atque factam hanc, quod ajunt, anchoram illi præcidero, nonne illicet necesse est fluctuet, ac naufragio pereat? Idecirco, Judices, hic etiam atque etiam obsecro, ut quam maximè sitis attenti, dum tyranni cædem doceo, ex qua tota ista pendet controversia, nihil ad istum quicquam pertinere. Totum ergo hunc locum, Judices, sic ab isto tractatum esse meministis, ut qui vobis persuadere cuperet, uti crederetis, eum jam tum, quum filium perimeret, parentem, quod postea fecit, præscisse facturum. Sciebam, inquit, satis esse filium occidere, sciebam patrem illicet sese post mortem filii perempturum. Imò sciebas certè, quum sic hanc causam ageres, opus esse tibi ut illa præscisse videreris. Alioqui frustate præmium tyrannicidii petiturum, si neque ipse tyrannum permisses, neque id saltem fecisses, unde illi scires exitum imminere. Eam ob rem, Judices, exitum ejus facti tam certum videri voluit, ut vobis etiam audientibus dixerit, ob id ipsum sese à tyranno manum abstinuisse, eumque sibi ipsi pariter, & istius gladio reliquise: quem alioqui, ut ait, facile potuisset occidere, fecissetque, nisi de exitu securis scilicet, tunc de industria pepercisset, ut paulo post miseriā interieret. Hic igitur quid faciam? quo me potissimum vertam? unde argumenta conquiram, quibus hunc probem non esse rerum futurarum præscium? Quin illum percontemur potius, ac rationes alias exigamus; quibus ille nobis fidem rei tam longè supra fidem faciat, unde hanc tam mirabilem divinandi peritiam natus sit, utrumne homine quopiam docente didicerit, an numine potius inspirante conceperit. Dic igitur nobis,

Tiresia, quoniam probamento facies, uti constet comprehensam esse tibi rerum futurarum scientiam? defossum alicubi thesaurum effode, cogitationes nostras evolve, abstrusum aliquid atque occultatum erue, quod miremur omnes: temp̄ ejusdem artis esse puto, & quæ præsentia latente dicere, & quæ sunt futura prædicere. Aut si tu futuris duntas taxat vales, aliqua nunc edissere aliquot post hoc annis, aut si liber, tculis potius eventura: quæ quum ex tuo præscripto ceciderint omnia, tum demum redito, & futura te præscisse dicio. Interim profectò ægrè, quantum suspicor, obtinebis, ut quod te nesciente fiebat, id præscisse credaris antequam fieret. Quod si tum, quum filium interimes, ignorabas patrem sese, quod postea fecit, occisurum: cur tu nunc ejus cædis præmium postulas, quam nisi velis impudenter esse mendax, fateare necesse est, te igitur, atque adeo ne cogitante quidem, perpetrata esse? Sed ideo le fortasse putat hujus etiam necis autorem: quoniam illa cædes quam fecit, istius quoque, tametsi præter spem, causa tamen aliquo modo fuit. Quia in re vos longè alia, Judices, opinor esse sententia. Neque enim si tyrannum casu quisquam aut mente captus occidisset, ei tyrannicidii præmium decernereis. Quid ita? nempe quod inscius uterque atque imprudens occidisset, quamquam istius causa est aliquanto, ut mihi videtur, inferior. Nam si alteruter illorum præmium peteret, tametsi peteret qui peremisset ignarus, atque ideo frusta peteret, peteret tamen qui peremisset: nunc verò, & isto nesciente, & non ab ipso peremptus est. At nihil ego, inquit, neque casu, neque imprudens feci: sed filium consilio trucidavi, atque ita patri volens ac prudens mortis causam præbui: qui, ni ego filium occidisse, adhuc tyrannus viveret. Age acedam etiam proprius. Si tu tyrannum aggressus ut perimeres: deinde vixus ab eo, projecto etiam gladio, fuges, atque is equo te persequitus, equo collapsò, præcepis in gladiū tuum tati opportunè caderet, ut eodem transfigeretur: an non hic posses eadem omnia dicere, voluisse te videlicet, ac volentem aggressum esse: volentem igitur prudentemque causas ei mortis attulisse? nam nisi tu illum fuisses adortus, ille non fuisset occisus. Sed nonne vides, ut eadem opera, vel magis fuga tua gloriari liceat, & ignavæ tuæ præmium petere? Nam nisi tu fugisses, ille non cecidisset: nisi tu gladium turpiter abjecisses, nec transfixus ille fuisset. Postremò hac ratione ignavos etiam tyrannicidas esse liceat. Quemadmodum licet volens adortus essem ut interimes: tamen postquam re infecta fugisses, quod postea factum esset, tuum non judicaretur, licet id factum non fuisset, nisi tu aliquid ante fecisses: ita etiam si tyrannum perempturus ascendisti, filium quæcumque patrem quæris, occidisti: tamen cum pergere ac perficere quod incepertas, vel timore non ausus sis, vel negligenter nolueris, vel casu non potueris, sed re proflus infecta redieris, quicquid inde postea te inscio atq; insperante provenerit, id à te profectum esse ne dixeris: siquidem quicquid

quid tuum dici potest, ibi desit, ubi tu desististi. At nec illud fortassis ei quod ipse fecit, simile esse concedet. Sed mihi hoc pacto rursus opponet. Is quem tu proponis, non ea mente tyrannum aggressus est, ut se postea victo ac fugiente, ille victor dum persequeretur, occumberet. Ideoque quod non proposuit, meritò suum vocare non potest. At ego eo proposito peremti filium, ut pater fætore dolore commotus occideret: atque id futurum animo meo percepi. Videtis, Judices, ut nobis illa divinatione sua rursus occurrit? Quæremus igitur ab eo, quonam pacto præsenserit? præsciveritne? an conjectetur? Si se præscivisse respondeat, neminem credo ei crediturum: si conjecturis, interim nescire se fatetur: sed opinatum esse tantum, hoc est dubitasse, incertum fuisse: postremò quid aliud quam ignorasse? Sed videamus tamen quibus signis, quam perspicuis argumentis rem tam inopinabilem ita collegere eventuram, ut quod alias nemo sperare potuerit, id ille sibi tanquam certum atque inopinabilem proposuerit. Noveram, inquit, quam miserè deperibat filium. Itane id tandem adeò te certum ac securum reddidit, ut necem ejus non tanquam forcè fecuturam, sed necessariò futuram destinas? Scio, Judices, haud mediocres illós affectus esse, quos erga liberos parentum pectoribus infelix natura, neque tamen aut tantos, aut cuiquam tam exploratos crediderim, ut promittere sibi a spondere avdeat, id quod iste se fecisse narrat, interempto filio patrem ultroneum ei comitem futurum. Nam quorusvisque ex his, quorum filii, & unici, & carissimi quotidie vel morbo cadunt, vel dolo pereunt, vel bello occumbunt, vel casu intereunt, usque adeò mœrore consternatur, ut sibi mortem sua sponte consiscat? Sed amori, inquit, etiam desperatio non minor occasio de siderandæ mortis accessit. Quamobrem obsecro, an tu quum filium perimeres, reliquos unā satellites omnes occidisti? non dices, epiuor, stragem te tantam fecisse. Cæteros igitur adhuc retinebat: opum latis, vitium latis habebat. Quapropter uno adempto, quum tot adhuc essent incolumes, quorum omnium intererat maximè hunc incolumente esse, cur ei usque adeò desperandum fuit, ut non ab urbe, sed ex orbe festinandum fuerit? An usquam gentium vivere quenquam hodie suspicemur, qui id fecisset, quod tyrannus iste fecit? Quid de aliis querimus? quin te potius interrogemus, quem verisimile est de te conjecturam hanc fecisse, & tyrannum ex animo tuo spectasse. Si tibi ergo filius perimeretur, atque insuper imminere videretur nonnullum & fortunæ simul & vitæ periculum: num potius eligeres te comitem filio dare, quam mortem illius ulcisci? an temet ipse ne ab aliis occidereris, occideres? Certè, ut pro te quoque respondeamus, non faceres. Quomodo ergo in mentem tibi venire potuit, ut quod nec alii fecerunt, nec quisquam fecisset, nec tute facturus essem, id tyrannum cogitares facturum? At plane, inquit, cogitabam: alioqui cur ibi gladium meum reliquissim? Rechè nimis ignavia tua nos admones. Nam cum hoc dicit,

Judices, nonne id vobis videtur dicere, præfensi certe, alioqui cur inde fugisse? quid enim aliud est alioqui, cur gladiū ibi reliquissim, quam alioqui cur inde abjecto gladio turpiter me in pedes dedissem? Nam quid opus fuit gladium tyranno relinquere? Ne deesset ei scilicet, quo periret? Itane qui omnium gladios timeret, ipse gladio caret? qui quicquid habet, gladio peperit, gladio possidet, gladio tuerit, ei gladius unquam absuerit? O novum prodigium, Judices, tyrannus sine gladio. Neque illi gladius defuit, nec iste gladium ei reliquit, sed abjecit: nec futurum quod evenit, velle-vissima conjectura prævidit. Sed posteaquam in arcem temerè (nescio quomodo) perieplisset, atque ibi adolescentem (ut est juventa semper incautior) colum, securum, ac nihil minus expectantem, de improviso adortus oppressisset: ac potuisset fortasse progressus ulterius eadem opera tyrannum sustulisse: illic dò hominem timor invaserit, metuentem ne voce vel gemitu morientis audito, jam tum proditus concurrentibus tyran ni satellitibus caperetur. Jam ante oculos ejus obversabantur vincula, carcer, tormenta, ac mortes mille, mille supplicia: quorum imaginatione vanâ perterritus, jam strepitum omnem, omnem sonitum, ac postremò suam ipsius umbram expavescens: iam nunc repente timidus, quam ante temerarius, ex arce se protipuit: nec tecum gladium saltē tollere ausus est: seu ne esset fuga tardior, seu ne cum ense deprehensus, insidiatus fuisse tyranno diceretur: quo nunc perempto recurrat insolens, & tanquam ipse occiderit, ty rannicidii præmium postulat. Age ergo tyrannum ipsum non quero, an peremtis? Si non potueris, ergo occasionem non expectasti, locum idoneum non elegisti, tempus opportunum non captasti: sed temerè, sine consilio, sine ratione, præcepis incepisti, quod perficere non valuisti. Nec illum ergo te jactes occidisse, quem te fateris nec potuisse. Sin potueris, magna profectò vel inertia, vel ignavia fuit, quod non feceris. Imò, inquit, potui: sed de industria supersedi. Satis jam feceram, filium occideram: patrem dolori suo, & gladio meotili, quo eum fæse peremptum prævidi. O inverecundum, si ista mentiris. O insanum, si non mentiris. Si tam incredibilia finxisti, miramur impudentiam: si tam absurdè cogitasti, miramur amentiam. Tunc adeò eras insanus, ut quum uno ictu portueris, & vitam tuam, & Republicæ salutem in tuto collocare, malueris omnia dubiis fortunæ casibus exponere, & tibi futurum promittere, quod sanus auderet nemō sperare? Quid si tyrannus id voluisset, quod tute haud dubiè fecisses, & quod illum quoque facturum longè verisimilius quam quod fecit, fuit: conclamasset satellites, coëgisset siarios, armasset carnifices, ac prolato filii cadavere, & natura crudelis, & tam atrocí spectaculo irritatus iram ac furorem illum effudisset: primùm in te, per quem filius occisus, deinde in urbem universam, propter quam occisus est: quæ si contigissent (ut tua de-

mentia propemodum contigerant) neque tu misericordie viveres, quihoc præmium peteres, neque nos Rempùblicam ullam à qua peti posset habemus. Sed Dii immortales, Judices, vota preces que nostras recordati sunt: Dii servitutis nostræ mala miserati sunt: Dii nobis in summis atque extremis periculis auxiliati sunt. Qui quum semper huic urbi succurrere statuissent, id potissimum tempus elegerunt, quo maximè nobis beneficium suum commendare possent. Nam tyrannus quam semper erat molestus vivente filio, tamen eo nomine minus gravis incumbebat civibus, ne miseram penitus atque exhaustam urbem filio reslingeret. At eo trucidato propter quem ante pepercerauit, cui dubium esse potest, quin funditus omnia direpturus fuerit? Postquam ergo Rempùblica istius primum temeritate, deinde ignavia in extremum illud periculum corruisset, superi tempus jam venisse rati, quo perpetuam nobis insculperent favoris sui memoriam, omnia mala quæ tam propè cervicibus nostris imminebant, subito in ipsum tyranni caput averterunt: idque tam celeriter, ut citius nos periculo liberatos esse, quam in periculo fuisse cognoverimus, ne nos interim saltē potuisset discriminis tanti metus urgere. Quis tyrannum putasset, Judices, reperto filii sui cadavete, in sece potius quam in hanc urbem gladium fuisse versatum, nisi nostri studio superi in propriam illum perniciem, immisisse ei furis, agitassent? Itaque jam nunc videre mihi video ritantes latronis oculos, obducta supercilia, contra etiam frontem, genas pallentes, dentes stridentes, labra tumentia. Deoique qualem Penitentiam describunt Poëtæ, toto ore, toto vultu, ut prodenteri mentis insaniam. Quum primum ingressus filium reperiret occidum, quid illum fecisse, quid clamasse suspicetur? quid aliud quam ut impium atque demenitem spucissimè in eum insaniam superos evomuisse convicia? O Deorum iram, & Numinum invidiam. Video cœlestes odii vestri signa: video livoris atti vestigia. Nihil vobis vivit ini quis, nihil ambitiosius, nihil invidens. Soli imperare, soli regnare vultis, nec tatis propria felicitate contenti, semper aliena tabescitis. Cur non mecum in certamen descenditis? cur ignavum insidiatorum filio summissitis? Ille quisquis erat, cum tyranno in certamen etiam ingredi non ausus est: hoc certè saltē gaudet, quod nemo se poterit tyrannicidam dicere, non o. tyrannicidii præmium petere. Nemo enim tyrannum occidet hodie, nisi tyrannus. Tyrannus ego hodie vel Dii invitis moriar. Hujusmodi ergo delitia quum blaterasset, in gladium tandem amens ac furiosus incubuit. Tyrannus igitur, Judices, istius

gladio, immo nec istius, quippe quem ante abjecerat, manu quidem suapte, sed sola Deorum opera perfossus jaceret. At nunc iste sibi cuius ibi nullæ partes erant, primas vendicari. Itaque qui mescopphantam vocabas: vide obsecro, uter nostrum huic vitio proprius est, egone, qui tecum hodie pro Republica superisque dimicans, præmium tamen nec victor postulo: an tu potius, qui defector ac fugitivus, contendis tamen aliis, atque his quidem Dii vincentibus, ipse triumphare, desine, desine aliena virtute partam tibi arrogare victoriā. Desine Deorum in hanc urbem tam clarum obscurare beneficium. Desine Deorum laudibus oblistere, & ab hac temeraria petitione desiste. Quod si iste, Judices, molestus esse perrexerit, vos tamen ipsam rem & quis lancibus expeditate. Nam iste quid aliud, quam tyrannum ut sibi caveret, admonuit? Dii ne cavere sibi posset, ne insidiis amplius opus esset, effecerunt. Iste quid aliud quam gladio suo tyrannum in nos omnes armavit? Dii gladium illum à nobis in tyranni jugulum retulerunt. Iste quid aliud denique quam universam urbem in summum periculum dementia sua conjectit? Dii corrigentes istius insaniam, discrimen illud subito in prosperitatem securitatem converterunt. Vos ergo, Judices, per deos immortales obtestor: per deos hujus clarissimæ libertatis, hujus insperatae felicitatis autores, ne quod nobis deorum omnium consiliac virtute successit, id vos unius hominis amentia referri sinatis acceptum: neve hanc urbem unquam in deos liberatores tam ingratam esse: neve patiamini, ut salutem suam debere se potius humanæ temeritati quam deorum benignitati fateatur, quos demum sperare licet futuros semper huic urbi propitios, si nos eorum quæ contulere memores, eos (uti æquum est) beneficiorum suorum recognoscamus autores. Alioqui si nos (quod absit) ingrati, quæ ab illis profecta sunt, in alios referamus, gratiamque superis debitam impendamus hominibus: vicissim hercle metuendum est, ne dii quoque suum erga nos favorem imminent: ac Reipublicæ nostræ curam, ut indignæ quæ ab illis curetur, abjiciant. Quamobrem ut aliquando finem dicendi faciam: quandoquidem iste peccavit officio, & bono animo male fecit, dii verò ejus peccatum in commoda nostra verterunt: ac dii quidem coegerunt, sed se tamen tyrannus interfecit: tum præmium qui coegerere non potunt, petere autem qui petem non potest: vos sententiis vestris, Judices, & huic veniam, & superis gratiam decernite: & urbem ab hujus præmu debito, quo eam liberam esse dii voluerunt, absolvite. Dixi.

